



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)




Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.


SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

HESIO  
 DI ASCRAEI O  
 PERA ET DIES, E-  
 giaco carmine Latine red-  
 dita, autore  
 GEORGIO RÖ  
 tallero.

Eiusdem Epigramma  
 tum Liber.

1546.





# CLARISSI

MO VIRO SINGVLARI  
PRVIDENTIA ET VIRTVTE PRAE-  
dito D. Vincentio Cornelio, Cæsa-  
reæ Maiestatì à Thesauris &c.

Georgius Rotaller  
S. P. D.



A morum hoc tem-  
pore est peruersi-  
tas , uir ornatissi-  
me , ut nihil propè  
honestum,nihil syn-  
cerum placeat , o-  
mnes ad turpisima quæq; & impu-  
trissima proruant , nec suis se metis cō-  
tineant , sed alienos quoq; fontes pol-  
luere , & res optimas ad pessima que-  
que applicare , non uereantur . Id ue-  
ro cùm in alijs pesquam multis , tum  
in Poëtica maximè conspicitur . Nam  
cùm eam ad celebrandum Deum , ex

# E P I S T O L A N V N

uēndamq; naturæ humanæ feritatē,  
& morum barbarie, principio inuen-  
tam esse, cū Dauidis Psalmi, tum ue-  
terum etiam Poëtarum hymni alijq;  
scriptores luculenter testētur, nunc  
eam homines à prisca illa & pietate  
& grauitate nimium degenerantes,  
nō solum ad futilas nugas, sed etiam  
ad obscenos amores, libidinesq; de-  
cantandas ferè cōuerterunt. quodq;  
scelus Ethnici etiam in suis detestati-  
lunt, & graui animaduersione dignū  
censuerūt, id Christiani nominis pro-  
fessores amplectuntur, ac in eo adeo  
sibi placent, ut nihil laude hederaq;  
dignum præstare videantur, nisi o-  
mnes paginas lasciuis iocis, incestis &  
moribus, spurcissimisq; stupris refar-  
ciant. Rectè grauiterq; ait in Pythijs  
Pindarus:

κῦλα δέ κε  
Διηγόνων θέλγει φοίασ. Sed addit:  
ἀμφίπελας

piñx

# C V P A T O R I A

φίλα σοφίας βαθύκόλ-

που τε μοισάρ.

δασαὶ λέμητε φίληκε

ζεὺς, ἀτύχοντος βοὸν

περίστων ἄγοντε

γὰν τε, καὶ τόγχον κατ' ἀμαιράκεσσον.

Castæ sunt Musæ, nec quicquam nisi  
quod uirgineum sit, & pudicitia pro-  
bitateq; commendetur, amplectunt,  
obscœna procul à suo thoro arcent  
& execrantur. Quare non ex fonti-  
bus Musarum limpidissimis bibiss;  
obscœni illi scriptores, sed Venereo  
aliquo Circæþue poculo dementati,  
ad impurū illud scribendi cacoéthes  
deuoluti mihi uidentur. Hinc multo  
rum odijs Poëtica prosciinditur, hinc  
tanq; uenenum, aut Sirenum quoſ;  
dam scopulos, fugiendam esse quidā  
uociferantur, qui quam recte faciūj,  
ipsi uiderint, qui artem laudatam pex-  
se et preclaram, ingeniorum quoq;un-  
dam petulantia prouocati calumni;

## EP I S T O L A N V N

entur, & odio plusquam Vatiniano  
prosequantur. Nam cur robur cor-  
porisq; firmitatē, cur diuitias aliasq;  
res propē innumerās, bonas quidem  
illas, sed quibus tamē pessima quæq;  
designari uidemus, eadem opera nō  
traducunt? Sed cūm iniquum sit, si  
quis uiribus fretus in obuios quoſcū  
que impetum faciat, robur in crimen  
uocare: aut si quis opibus suis ad res  
nefarias abutat̄, diuitias potius q; au-  
torem accusare: quid quæſo indigni-  
us, quam Poëticam, qua nihil delecta-  
bilius, nihil utilius, nihil honestius ex-  
cogitari queat, ob effrenatam Epicu-  
rorum quorundam petulantiam sic  
incessere & exagitare? Deprauata  
ingenia culpāda sunt, quæ donis Dei  
abutuntur, nec hominum uicia in res  
alioqui bonas transferri debēt. cūm  
non minus illi Poëticam deforment,  
quam si quis utenustissimam aliquam  
Apellis tabulam, aut eburneam Phi-  
diæ

## C V P A T O R I A.

diæ statuam cœno contaminet. Sed id fato quodam rerum bonarum esse comparatum uidet, ut quò prestanti ores sunt, eò nocētius ad alicꝝ perniciem, à peruersis ingenijs cōuerti possint, quæ quidem calamitas & in philosophia, & laudatissimis quibusqꝫ artibꝫ & doctrinis maximè deploranda est. Ego uero ex quo eruditio nis suauitatē percipere, & doctrinæ fructus utcunqꝫ degustare cœpi, Poëticam ut uerè liberalem artem, singulari quodam amore semper prosequutus sum: ab obscœnis autem scripторibus tanqꝫ à pernicioſa aliqua peste abhorrei. Ac si quam mihi tandem aliquando carminis scribendi facultatem comparauero, ea ad illustrādam diuinij nominis gloriam, & eius genetris argumenta, quæ & Reipub. utilia, & mihi honesta erunt, tractanda, quantulacunqꝫ est cōferetur. Nunc autem quod ueteri prouerbio iacta-

## E P I S T O L A N V N

tur, Alīs ἢ Φίστα καλά, id nos hoc tem-  
pore sequuti, Hesiodi antiquissimi  
Poetæ opusculum, cui titulus est, Ἑρα-  
κλὺ ἱμέρου, iam semel atq; iterum in lin-  
guam Latinam conuersum, edimus  
sertio, ut uel hac uarietate incitata iu-  
uentus, haud uulgarē operam in hoc  
autōre sibi ponendam existimet. Di-  
gnus enim est quem non solum ado-  
lescentes, uerum etiam maiores natū  
diligenter cognoscant. tam cōcinnā  
suauitate, tanta grauitate, Lectorem  
ad uirtutis honestiç studium inuitat  
& impellit. Amoenus, sententīs dif-  
fertus, ad persuadendum Λενόταρσο.  
Quare nō immerito sapientissimi o-  
lim hoīes pueris hoc poema ad ung-  
uem ediscendum soliti sunt propone-  
re: ac adeo magno in honore & pre-  
cio habitum est, ut dignum iudicau-  
erint, qđ plumbō insculptū, in Helico-  
ne asseruaret. Sed ineptus sum, qui  
autoris dignitatē hīc uelim decan-  
te,

## C V P A T O R I A

re, cū omnes libri sint plenī eius laudi  
bus, plenæ sint sapientum uoces.

Quod autem ad me attinet, nemo mihi uitio, opinor, uerterit, q̄ post Nicòlaum Vallam, ac Ioannem Vlpium, hunc mihi laborem sumēdum duxerim, si rationes meas, quibus adductus hoc opus aggressus sum, cognoverit. Nam cū annis ab hinc plus minus tribus, ingenij stylicq; excolendi gratia, unum atq; alterum locū in Hesiodo magis insignem, Elegiacis uersibus Latinè expressissem, ac uiris quibusdam non mediocriter eruditis Louanij exhibuissem, siue iudicio illi, siue, qđ existimo, nimio amore mei ducti, id fecerint, impense probauerunt, ac, uti eodem carminis generare totum hoc opus pertexerein, magnopere autores fuerūt. Quibus cū ego eruditiois ingenijq; tenuitatem excusarem, q̄c alij in eo interpretando suam operam nauassent, uerecun-

## E P I S T O L A N V N

dè refragarer: illi nequaquam has excusationes receperunt, & quid homines literati in Nicolao Valla desiderent, aperte exposuerunt: Vlpium autem quod etiam ipse pre se tulit, cum sibi uerbū ē uerbo penē exprimendum instituerit, magis tyronum, quam prouectiorum utilitati & uoluptati cōsuluisse. Quo circa neminem equum rex estimatorem fore, qui id mihi in uitio positurus esset, si aliorum quoque exempla imitatus, in autore optimo utilissimo que hunc qualemcumque labore collocarem. Fecei itaque, & quod Hesiodus me plurimum semper affecterit, & ne amicorum eruditissimorum uoluntati repugnasse obstinatius uideri possem. At ut nusquam defunt οὐλόταχα quædam ingenia, à quorum petulantia ne Veneris quidē sandalium (quod dicit solet) immune est, ut omnē omnibus calumniandi ansam præciderem, etiamsi id leuius sit, rationem quocque redendam

## C V P A T O R I A

dendam putauī, cur Hēroicum poētam Elegiacis ueribus transtulerim. Cūm aut̄ aliae sint causæ, tum illa me mouit præcipue ( cūm aliorū exempla non deessent ) q̄ parui referre uisum sit, si modo integra fide autor exponeretur, & argumentū non niūnis grande esset, hoc ne an illo carminis genere id fieret. Deinde Elegiacū & naturæ meę est accōmodatius, & huic argumento, mea quidein sentētia, congruentius. Labore profecto longe maiore nobis id constitit, q̄ sententia semper disticho absoluēda fuerit, cūm sāpe incident longiores, q̄ ut uno complecti, & rursus aliæ breuiores, q̄ ut uno complere queas. Itaq̄ hīc apta semper uerba excogitanda fuerunt, & talia; quæ non ab autoris mente abhorrerent, quod q̄ sit factu difficile & molestum, qui se in hoc generē exercuerunt, nō ignorant. Id tamen interim studiose operam dedi.

## E P I S T O L A N V N

mus, ut quam minimum extra cancellos & septa nobis ab autore circunda ta euagaremur, nec tamen uerba uerbis superstitione annumerare studi mus, quod cum fieriscit in carmine non possit, tum ne in oratione quidē soluta Cicero faciendum esse censet. Verum prolixior hic sum, q̄ aut res ipsa postulet, aut obtrectatorum turba mereatur, quoꝝ iudicia nihil moror, necꝝ magnopere metuo, ne me (ut Pindari uerbis utar) βάλοι λίθῳ ξακχει φθόνο, si hominibus literatis ac tibi, quod futurum spero, probabit, sub cuius auspicio hūc libellum euulgare placuit, q̄ & singularem quandam erga me benevolentiam semper declaraueris, & multum me tibi debere libenter confitear. Nec enim ullum est officiorum genus, quo familiam nostram, ex quo ē uiuis parēs meus excessit, nō prosequutus sis. ac amicitiam, quæ tibi olim cum eo intercesserat

C V P A T O R I A

cesserat arctissimam, eius mortenō  
finiēdam, sed in liberos quoqz trans-  
ferendam duxisti. Tam cādido igite  
et beneuolo animo n̄isi omni studio,  
diligentia, sedulitate gratū me ac me  
more in probare, iure improbus &  
cœlesti hacluce indignus haberipos-  
sim. Vale uir ornatissime, & hunc  
libellum, qui tibi ceu primus ingenij  
mei fructus consecratur, eo animo  
suscipe, quem & summa tua huma-  
nitas, & amor erga me tuus postu-  
lat. Viro amplissimo atqz clarissi-  
mo D. Ioanni Ruffault me plurimū  
commendabis. Iterum uale.

Lipsiæ. XIII. Calend.

Maij. Anno ab or

Beredempto 1546.

# INDEX EPIGRAM- MATVM.

<i>Ad candidum lectorem</i>	33
<i>Ad generosum iuuenem Carolum Scenck, Baro-</i> <i>nem à Tautenburg</i>	33. 34
<i>Ad Musam</i>	35
<i>Psalmus CXXX. De profundis clamavi &amp;c.</i>	35
<i>In adulatorem</i>	36
<i>D. Euerardo Nicolai Scenatus Phrysiæ occidentalis</i> <i>præfidi dignissimo</i>	36
<i>Ioanni Stiglio eximio poëte</i>	37
<i>Ioanni Rotallero fratri suo</i>	38. 65
<i>Ad Paulum Roëlsium Medicinæ Doctorem</i>	38
<i>In valedicendum</i>	39
<i>Eustathio à Knobbelstorff</i>	40
<i>Ad Mennonem Symonis Anabaptistam</i>	40
<i>Hieronymo Campensi</i>	40. 57
<i>Ioanni à Mez nepoti suo</i>	41
<i>Ad Georgium Bicollium</i>	41
<i>Clarissimo Viro D. Francisco Sonck, Iuris utriusq;</i> <i>cam natura Doctori</i>	42
<i>grauesam Ad Sigismundum Thordan Pannonium Louanio</i> <i>dicti &amp; acutam discedentem προπλήξικόν</i>	42
<i>h. l. omnia Ad eundem Sigismundum</i>	63. 65. 67.
<i>ad grecum Francisco Dryandro</i>	43. 45
<i>Jerantius Antonio</i>	

<i>Antonio Morylonio suo</i>	43
<i>Ludouico Rotallero fratri suo</i>	44.
<i>Ad Albertum à Dienheym</i>	44.
<i>Ad D. Petrum Harlenium apud Leonardiam sum-</i>	
<i>mum diuini Verbi præconem, de Georgio Das-</i>	
<i>uid Anabaptistarum omnium furiosissimo</i>	44
<i>Ad Phyllidem cui speculum dono mittebat</i>	45.
<i>Sybarita</i>	46.
<i>In Beraldum quendam aurum</i>	47
<i>De Podagra</i>	48
<i>Vliscendorum inimicorum ratio</i>	48
<i>Philostrati Epistola ex Greco translata</i>	48
<i>De Lacone quodam ex Greco</i>	48
<i>Querela Andromaches de interfecto Hectore ex</i>	
<i>Libanio Sophista</i>	49
<i>Ex Greco Αρχίς</i>	50
<i>Ex Greco τοῦ πατραῖα</i>	50.52
<i>Ex Greco τοῦ ἀμφιανοῦ fusius</i>	50
<i>In quendam τοῦ πολάσια</i> Post mortem, 51	
<i>In Battum fæneratorem</i> flagrante 51	
<i>Ad Iacobum Zagarum</i>	52
<i>Stephano Zyrlero Bauaro optimo Musico, ēis Tā</i>	
<i>ēγκαινια Louaniensia</i>	52
<i>An nus quo Carolus Cæsar Duran expugnauit li-</i>	
<i>teris designatus</i>	54

<i>De deuastatione Brabantie à Martino Rōsio</i>	54
<i>De Ganda, item, In Gandam</i>	54. 57
<i>Lamberto Hario LL. Doctori</i>	54
<i>Alexandro Suchtenio</i>	55
<i>In querclam Pannonicæ ad Germaniam, à Paullo Rubigallo scriptam</i>	55
<i>Ad Paulum Rubigallum.</i>	56. 53.
<i>In hominem diuitem, sed sordidum ex Græco</i>	56
<i>In blandum quendam obrectatorem</i>	56
<i>In Philobardum</i>	57
<i>Querela Lonæ Prophetæ</i>	57
<i>De diuina prouidentia &amp; amore erga genus humanum.</i>	58
<i>De Inuidia, ex Græco</i>	59
<i>Epitaphium Scurrulae cuiusdam eximij potoris ex Erasmo Roter. carmine Elegiaco redditum</i>	59
<i>De Pudoris &amp; Amoris dissidio, fabula</i>	60
<i>Ad Iacobum ab Eß.</i>	60
<i>Ad Arnoldum Vcuelium</i>	64
<i>In coronam regiam</i>	64
<i>Nicolao à Silslau.</i>	64
<i>Epitaphia duarū filiarum clariss. Viri D. Michaëlis à Silslau, Helenæ &amp; Iustine.</i>	64
<i>Eἰς οἶνόΦλυτα τινα</i>	68
<i>Ex Græco τῷ γάγοῦ</i>	68

FINIS.

HESIODI  
ASCRAEI OPERA ET  
DIES, ELEGIACO CAR  
mine Latinè redditæ à  
Georgio Rotaller.



IER Ides clarum que car  
mine nomen habetis,  
Laudibus hic uestrū con  
celebrate patrem.  
Dicite, cur hominum pars

bæc ingloria uitam

Transfigat, in uili deliteatq; casa,  
Ardua pars celebriscandat super aethera famæ

Sic uisum summo, qui colit astra, Ioui.

Nam facile ad magnos aliquem sustollit honores,  
Sublatum facili præcipitatq; manu.

Conspicuum obscurat, obscuro donat honorem,  
Posit ut in claris nomen habere uiris.

Dirigit erranteis, sublata mente superbos  
Deprimit, & summo turbat ad ima loco.

Omnia qui cœli super aſ specularis ab arce,  
Et quem nil, toto quod fit in orbe, latet.

## HESIODI OPER. ET

Huc ades, & faciles prebe mibi Iuppiter auren,  
Nostraq; in undoso dirige uela freto.  
Sic potero sanctas fratri bene tradere leges,  
Vitaq; quo dextrè sit peragenda modo.  
Scilicet hic duplex homines contentio turbat,  
Oceanus latam quā uagus ambit humum.  
Si bene perspicias hanc dignam laude, sed illam  
Inuidia, & planè dixeris esse malam.  
Nam studijs ueluti diuersis queq; tenetur,  
Concordes animos sic nec habere queunt.  
Altera nam lites & iurgia seminat atra,  
Horridaq; audaces trudit ad arma uiros.  
Nemo lubens hominum pestem cōpletebitur istam,  
Cogitur at summo fæpe uolente Deo.  
Edidit hanc Hercebo partu Nox furua sinistro,  
Hic ubi Styx rapido cum Phlegetonte fluit.  
Ast illam imposuit terris Saturnius imis,  
Commoda quæ secum uix numeranda uebit.  
Efficit ut segnes, discinctaq; in ocia nati  
Tractent, atq; aliquod aggrediantur opus.  
Nam pigram ducens ignava per ocia uitam,  
Et duri exhorrens triste laboris onus,  
Dum uidet alterius partumq; laboribus aurum,  
Iunctaq; fœundi iugera stare soli,  
Tum quoq; festinat uel humi defigere plantas,  
Ducere uel tardos sub iuga panda boves.

Aut propriam curare domum, uicinus ita alter  
 Aemulus alterius s̄epius esse solet,  
 Qui modo diuitias, et res industrius auget,  
 At studium hoc laudem, quo mercatur, habet.  
 Sic figulus figulum, sic odit egenus egenum,  
 Sicq; potest fabrum non bene ferre faber.  
 Sic inter doctos est gratia rara Poëtas.  
 At Perse hæc animo dicta reconde tuo.  
 Nec tibi sic placeant, nulla ut sit cura laboris,  
 Iurgia clamosi litigiosafori.  
 Nam fôra nemo colit, nec habet mala iurgia cure,  
 Horrea ni frugum sint opulenta domi.  
 Dona nisi Cereris, nisi suppetat annua meßis,  
 Quam de fœcundo terra dat alma sinu.  
 His bene quæsit is rixas sectare forensis,  
 Res et ob alterius iurgia dira moue.  
 At nō hoc facies iterum, quod turpiter olim,  
 Lis hæc iudicijs stet dirimenda bonis.  
 Non rapere es ueritus plus quam pro sorte liceret,  
 Cùm bona iam nobis distribuenda forent.  
 Plurima iudicibus dederas tum munera auaris,  
 Arbitrio quorum res dirimenda fuit.  
 Sed mihi nimirum stulti nescire uidentur,  
 Dimidium toto quam bene plura ferat.  
 Quamq; sit utilius florenti uiuere malua,  
 Aut uesci baccis asphodeloq; leni.

# HESIODI OPER. ET

Hunc occultarunt homini sed numina uictum,  
Gratior haud priscis quo fuit ullus auis.  
Vna cum lucri tantum quis luce parabat  
Ocia, ut inde annum uiuere posset, agens.  
Emeritum sumo poterat suspendere clavum,  
Et iuga ruricola demere curua boui.  
Iuppiter at uafri deceptus fraude Promethei,  
Tam facilem uitæ sustulit ipse modum.  
Ignem occultauit, tamen hunc clam dicitur orbem  
Iapeto natus restituisse puer.  
Namq; causa coelo connectum detulit alto  
In serula, ignaro qui mouet astraloue.  
Hinc pater offensus nubes qui cogit aquosas,  
Terrifico tales protulit ore sonos.  
O nimis et plus quam par est uersute Prometheus,  
O nimis in poenas ingeniose tuas.  
Latus es, et celebrē uoluis sub corde triumphum,  
Quod cauta summum lusceris arte louem.  
Quum rutilum puris ignem subduxeris astris,  
Subdolus æthereas ausus intre uias.  
Heu nociture tibi, serisq; nepotibus, ista  
Quo ruis in clades calliditate tuas?  
Tale genus pestis celso mittetur Olympo,  
Omnes quod cupida sumere fronte uolent.  
Perniciemq; suam circumpleteantur amanter,  
Ab nimis exitij nescia turba sui.

Sic

Sic fatus risit superum pater atq; hominum rex,  
 Nec mora Vulcano talia iussa dedit.  
 I celer, ex terram misce fluvialibus undis,  
     Materies operi hæc apta futura tuo est.  
 Ex hac formosa fingatur imago puella,  
     Quæ refrat superas ore habituq; Deas.  
 Nec non dulciloquam cum uiribus indito uocem,  
     Posset ut humanos promere blanda sonos.  
 Tu quoq; de nostro Pallas prognata cerebro  
     Protinus hanc donis imbue Diua tuis.  
 Edoceas tenui percurrere pectine telas,  
     Atq; operosa rudes ducere pensa manus.  
 Affundet capiti pulchram Diua aurea formam,  
     Quæ fuit è spumis progenerata maris.  
 Ut desyderio curisq; uoracibus omnes  
     In desyderium concitet illa sui.  
 Tu quoq; nate tuo non inficiande parenti,  
     Argi quo cecidit percutiente caput.  
 Fallaces iudas mores, mentemq; caninam,  
     Expers ne posset muncris esse tui.  
 Dixerat, assensere omnes, ac iussa facessunt  
     Illi excelsi qui regit astra poli.  
 Lennius è madida format tellure puellam,  
     Cuius adæquabat forma uenusta Deas.  
 Dotibus hanc Pallas claris, ac arte poluit,  
     Instruxit uarijs pectora docta modis.

## HESIODI OPER. ET

Aurea marmoreo posuere monilia collo  
Peitho, & cum gemina blanda sorore Charis.  
Nec non auricomæ uernis de floribus Hore  
Fecerunt nitidis rosida ferta comis.  
Ast ornamenta aptauit muliebria membris,  
Quæ Dea de patris uertice nata sui est.  
Atq; à Mercurio uigilem qui sustulit Argum  
Infidè didicit lingua docente loqui.  
Indidit hic mores uafros, tenerosq; lepores,  
Instituit uarijs pectora uana dolis.  
Quodq; ut diuino mandârat Iuppiter ore,  
Contulerant dotes Diq; Deacq; suas,  
Mercurius recto Pandoram nomine dixit,  
Dulce, simul cunctis exitiale malum.  
Ast ea ubi misero fabricata est machina mundo,  
Iussaq; uersuti perniciosa doli.  
A Ioue, Diuorum mox nuncius impiger Arcas  
Est Epimethæos iussus adire lareis.  
Huic celer ut ferret munus commune Dcorum,  
Quod fera pernicies totius orbis erat.  
Ast inconsultus nimium præcepstq; Epimethæus  
Oblitus fratris commoda iussa sui,  
Qui nihil à rutilo caperet, mandârat, Olympo,  
Sperneret at summi noxia dona Iouis.  
Munus ut accepit stultus, tum deniq; sensit,  
Se mala stulticie dannata tulisse sue.

Nam

Nam prius humano generi mala nulla fuerunt,  
 Expers solliciti uita laboris erat.  
 Morborumq; acerant uultu pallente caterue,  
 Quis enim cunctis debile ferre solent.  
 Nam citò qui morbis multum quassantur amaris,  
 Opprimit hos tremulo fessa senecta pede.  
 Foemina sed necio dum tollit opercula vase,  
 In mundum pestis prouolat omne genus.  
 Sola labris urnæ dum forte hæceret in imis,  
 Non illo mouit spes sua castra loco.  
 Nam prius iniecit, quām spes euadere posset,  
 Tegmina, consilium Virgo sequuta lous.  
 Al genus omne mali miserum prorupit in orbem,  
 His humus, his lati est regia plena maris.  
 Ut capiant homines morbi quoq; semper oberrat,  
 Seu latet, aut rutilo fulget ab axe dies.  
 Et tacitè, est illis nam uocis adempta facultas,  
 Et gressu strepitum non faciente ruunt.  
 Sic nil consilium posse uitare Tonantis,  
 Omnia qui ualida sub ditione premit.  
 Nunc aliud referam, modo non audire recuses,  
 Et memori monitus corde tenere meos.  
 Cùm pariter terram Dij mortaleisq; colebant,  
 Aurea cœlestis seclade dñe Dei.  
 Fulgida Saturnus cœli tum sceptra gerebat,  
 Vita fuit magnis assimilanda Dris.

# HESIODI OPER. ET

Non tranquilla graueis rodebant pectora curæ,  
Nec labor aut scium debilitabat iners.  
Semper erant uegeto robustæ in corpore uires,  
Forma eadem manuum, forma eademq; pedum.  
Sacra celebrabant bilari coniuia mente,  
Auspicijs fuerant omnia plena bonis.  
Mors tum lenis erat, placidoq; simillima somno,  
Sponte sua diues cuncta ferrebat humus.  
Vita fuit concors, placide communibus urbes  
Viuebant paſsim frugibus absq; metu.  
Auræ sed simulac hominum defluxerat etas,  
Hancq; suo tellus texit amica ſinu.  
A luce commissa eſt humanae cura ſalutis,  
Et colerent, facti numina, iuſit humam.  
Iuſticiam obſeruant, diuinaq; iura tuentur,  
Et ſcelus, atq; hominum facta nefanda uident.  
Diuinitijs cumulant homines, terramq; peragrant,  
Aëre uestiti, qua patet orbis iter.  
Proxima ſucceſſit etas argentea terris,  
Longe deterior illa priore fuit.  
Indole diſimilis multis quoq; partibus auræ,  
Nec tam prudentes edidit illa uiros.  
Namq; decem decies infans permansit in annos,  
Nutritus proprio ſub lare, lacte matris.  
At pubertatis cum perueniſſet ad eum,  
Viuendi fuerant tempora parua ſuper.

Mutua

Mutua cessabat, atroxq; iniuria nunquam,

Omnia uesani plena doloris erant.

Nulla fuit pietas, hominum nec more aliorum

Flava uaporiferis thura dedere foci.

Perdidit bos igitur meritam stimulatus ad iram

Iuppiter, ob spretum religionis opus.

Sub terris Diui sedes coluere secundas,

Hic tamen illorum est fata sequutus honor.

Tertia deinde hominum argento sceleratior ipso

A superis etas aenca facta fuit.

Quercubus hi fuerant rigidoq; è robore creti,

Hos rapuit nimius Martis ad arma furor.

Nec Cereris donis, que duro adamante rigebat,

Sedabat miseram barbaraturba famem.

Pendebant lata forteis ceruice lacerti,

Deformes, ingens uis, truculenta manus.

Omnia, tela, domus, solido tum ex ere fecerunt,

Nam ferri nondum cognitus usus erat.

Hic populus perijt ciuilibus obrutus armis,

Quo toto nusquam senior orbe fuit.

Atq; Herebi subiit vastas inglorius arces

Morte, licet scuis, iniiciente manus.

Hanc ubi terra suo prolem quoq; texit in alio,

Consilio magni est edita quarta Iouis.

Hanc posse ipsiis quoq; Diis conferre, vocari

Semidei factis qui meruere suis.

# HESIODI OPER ET

Perdidit bos scui Martis uesanacupido,  
Et nimium præcps ad fera bella furor.  
Hi confligentes Cadmæ ad mœnia Thebes,  
Pro regno forti succubuere nece.  
Ulis ad Troiam sinuosa per æqua uetus  
Iniecit gelidas mors violenta manus.  
Tyndaris infesto dum raptæ reposciuntur enfe,  
Et pro legitimo utr mouet arma toro.  
Iuppiter bos longè toto diuisit ab orbe,  
Atq; dedit uita commodiore frui.  
Elysias habitant ualles, fedesq; beatas  
Vndosum uastii littus ad Oceanu.  
Expers hic uiuit curarum sancta propago,  
Vda ubi perpetuo gramine terra uiret.  
Et ter ubi fruges ex dulcia poma quotannis  
Fœcundo tellus fundit amœna sinu.  
O uimam me non bæc secula quinta tulissent,  
Secula que non sunt moribus apta meis.  
At uellem quòd adbuc eßem generandus im auræ,  
Aut mea iandudum stamina rupta forent.  
Ferrea nunc uerè sunt secula, mille labores,  
Mille pericla homines, triflia mille premunt.  
Sive soporiferis terræ nox incubat umbris,  
Scu rutilo Phœbus protulit ore diem,  
Anxia perpetuis torquent Di pectora curis.  
Sed tamen his uenient dulcia mixta malis.

Nam

Nam genus hoc hominum quoq; morte domabitur  
 Cùm faciet canas curua senecta comas. (atra,  
 Nec genitor soboli similis, nec patribus illa,  
 Hospite nec tutus hospes ab ipse suo est.  
 Vnanimis sanctum corrumpent foedus amici,  
 Charorum nec erit gratia magna fratum.  
 Despicient proles fessos ætate parentes,  
 Et iacent rigidos ore mimante sonos.  
 Quippe qbus probitas, nec crūt pia numina curæ,  
 Qui negligent superos cum pietate Deos.  
 Debita quim patribus miseris alimenta negabunt,  
 Quos premit exangui laſſa senecta manu.  
 Ius erit in dextris, alternaq; mœnia frangent,  
 Alter eꝝ alterius dilacerabit opes.  
 Non metuent leges, iurataq; numina fallent.  
 Vir probus, aut iustus nullius aſis erit.  
 Qui malus est illum totus uenerabitur orbis,  
 Quiq; geret promptas ad scelus omne manus.  
 Purpureum turpi ponent de fronte pudorene,  
 Victaꝝ concedent uiribus aqua locum.  
 Infanda obliquis addens periuria uerbis,  
 Improbis astuta fallet ab arte probum.  
 Deniq; liuor edax homines se ſparget in oamen,  
 Alterius gaudet quisine fine malis.  
 Tum Nemesis niuco circundata corpus amictu,  
 Aethereas repetet clara per aſtra domos.

# H E S I O D I O P E R . E T

Se pudor adiunget comitem, terrasq; relinquet  
Letus, erit scelerum uix numeranda seges.  
Nam mala rellinquent ipsi mortalibus agris,  
Talia, que nullis sunt reprimenda modis.  
Nunc age, nunc etiam iudex te pauca monebo,  
Me licet hac etiam scire tacente potes.  
Aedonis aërias ales sublata per auras,  
Ungue notata pedes, ungue notata caput.  
In gemuit misere rostro lacerata sub unco,  
Et querulo moestos edidit ore modos.  
Quan contra uoce Accipiter sic intonat acri.  
Quid frustra tristes fundis ab ore sonos?  
Fortior est alter qui te nunc possidet, ad sis,  
Huc ad sis, quò te nunc meus ardor agit.  
Et quamvis suaves modularis gutture uoces,  
Est tamen in nostra uitaq; morsq; manu.  
Me penes arbitrium est, te iam dimittere in auras,  
Siue etiam lubeat cena futura mihi es.  
Stultus maiori quicunq; resistere tentat,  
Tristia cum turpi donna pudore refert.  
Sic ait Accipiter, patulis qui nubila pennis  
Dissecat, ex præpes sydera summa petit.  
Tu modo iusticiam toto cole pectore Perse,  
Fraus absit, puras criminis habeto manus.  
Ab omnium miseris homines iniuria ledit,  
Quam nec uel fortis vir bene ferre potest.

Quint

Quim tristis tenuet magno sua corda dolore,

Et nimium damnis ingemat ipse suis.

At melior, multisq; modis prestantior extat

Semita, iusticie que tibi monstrat iter.

Quæ tandem emerget, uirtriciaq; efferet ora.

Nunc licet ad tempus sub pede pressa iacet.

At nihil imprudens nisi det dementia poenas

Cernit, post factum perspicit, icta sapit.

Adde quod et semper periuria foeda sequuntur

Huc ubi non equis sunt data iura modis.

Iusticia huc sequitur Iudex quo dicit auarus,

Quiq; audet leges contemerare sacras.

Sed sequitur totam nulli cernenda per urbem,

Candida obumbranti corpora nube tegens.

Sic et per uicos tristis populumq; uagatur,

Detestans praui facta scelestia uiri.

Omnibus et poenas lachrymis manantibus orat,

A quibus immerito plectitur exilio.

Ast ubi non neglecta iacet, sed cuncta scuerus

Aequali Iudex reddere lance solet.

Is nec ab indigena magno discrimine distat

Aduena ab externo qui tulit orbe pedem.

His uiret urbs, populus floret, pax leta uagatur,

Quæ celebri claros nutrit in urbe uiros.

His nunquam immittit stagnantia sanguine bella,

Omnia qui supera cernit ab arce Deus.

# HESIODI OPERET

Aſpera nec torquet duris in rebus egeſtas,  
Pallida ieiuno nec premitore famas.  
His recreant animos lautæ conuiua mense,  
Sparsa uirens largè ſemina reddit buonies.  
In ſummo quercus fert pingues uertice glandes,  
Mellifera media parte morantur apes.  
Grex ouium letis paſim diſcurrit in agris,  
Que poſſunt lanam uix bene ferre ſuam.  
Aſſimilem patri producit ſoemina prolem.  
Luxuriat cunctis gens opulenta bonis.  
Nec fert externas ſcopulosa per aquora merces,  
Omnia terra ſuo ſuggerit alma ſinu.  
At quibus & ſcelus eſt & atrox iniuria cordi,  
Pro ſeuia poenas impietate dabunt.  
Saþe urbs tota luit ſcelerati criminis ciuis,  
Qui facit eterno non toleranda Ioui.  
Talia ſed mala ſunt coeli que mittit ab astris  
Cum stygia ſeuit tabida peste famas.  
Ulla lues totam funesta perambulat urbem,  
Cumq; omni uideas ſirpe perire domos.  
Luget, et hic grauidum nunq; fert ſoemina uentrem,  
Et patitur ſterilis damna pudenda tori.  
Nec, ſi forte ferum moueant gens impia bellum,  
Victorem referent in ſua caſtra pedem.  
Marte ſub aduerso miſerum male concidet agmen,  
Diruet hoſtilis moenia capti manus.

Quod

Quod si demissis uerrant freta cerula remis,  
Hauriet insanas naufragia puppis aquas.  
Deniq; quæ facient, Iouis hec est alma uoluntas,  
Omnia successu sunt caritura bono.  
O uos qui regitis terras, qui sceptrata tenetis,  
Quiq; datis rigidi iura secura fori.  
Hoc ad supplicium mentes aduertite uestræ.  
Sunt prope nos celsi numina magna poli.  
Conficiunt spreta quisquis ratione Deorum,  
Iura premit miseros per scelerata uiros.  
Exuperant numerum latas habitantia terras,  
Que benefacta uident, que malefacta uidem.  
At denso nebula circumfunduntur amictu,  
Hinc hominum nulli conficienda patent.  
Omnia sic peragunt, totoq; uagantur in orbe,  
Quâ radios cernit Solis uterq; polus.  
Ipsaq; Iusticia est summo prognata Tonante,  
Præcipuas inter Virgo relata Dcas.  
Quam si quis uiolet, dictisue incessat amaris,  
Exemplò patris confidet ante pedes.  
Infanda humana proponit criminata uite,  
Et plebs ut Regum facta scelesta luat.  
Qui torquent aliò sanctissima uincula Legum,  
Iuraq; uerboſo dant scelerata foro.  
At memor ô Iudex horum, pia dirige Iura,  
Numinane magne contemerato Dce.

## H E S T O D I O P E R . E T

Qui fraudes alijsūc dolos molitur acerbos,  
In proprium fraudes construit ille caput.  
Sic quoq; confilium prauum, mihi credito, semper  
Adfert autori maxima damnasuo.

Vltor ab astrigero Deus omnia cernit Olympo,  
Et quid nos agimus, si lubet, ille uidet.  
Nouit erg; hac quodnam ius exercetur in urbe,  
An colimus sacre numina Iusticie.

Quam nec ego colerem, nec qui mihi filius esset,  
Crimen Iustician si coluisse foret.

Præmiā uei iniustos homines maior amancerent,  
Sed fieri hoc nunquam mens finet alta Iouis.  
At Perse hac imis sedeant tibi fixa medullis,  
Vimq; malam certi pone furoris opus.

Iusticiam colito, Leges Deus ipse reliquit,  
His decet inmanes exuperare feras.

Cur sepius pisces in mutua uiscera condunt,  
Cur nemorumq; ferae, pennigerumq; genus?

Nempe quod hæc nullas habeant animalia leges,  
Iura nec hæc possunt que prohibere, tenent.

Iusticiam nobis, qua nil præstantius extat,  
Tradidit immensi qui regit astra poli.

Quis quis uera refert constans pro teste vocatus,  
Huic dabit eternus prospera cuncta Deus.

Sed qui mendaci profert periurialingua,  
Dum violat leges, leditur ipse magis.

Nam

Nam genus illius tenues uanescit in auras,

Et notum nulli deprimet illud humus.

At quicquid claro iusti de sanguine natum est,

Et uiget, æternum consequiturq; decus.

Nunc tibi cum primis præcepta salubria tradam,

Tu modo sub memori pectore fixa, nota.

Scilicet ut possis uitiorum prendere turbam,

(Non procul hinc habitat) parua tereda uia est.

Claræ sed Herculeo Virtus sudore paratur,

Hanc sic coelestis constituere Dei.

Longauia est, præcepsq; atq; ardua, et aspera pri-

Qua petitur magna nobilis aula Deæ. (num,

Cum tanen est uentum uictis ad summa salebris,

Est facilis, quamvis antè molesta fuit.

Felix uenturos quicunq; expendere casus

Nouit, et est uitæ curaq; duxq; suæ.

Non tamè hic paruam laudemq; decusq; meretur,

Qui paret monitis corde fauente bonis.

At deplorandus quisquis nec recta monenti

Audit, nec rebus consulit ipse suis.

Huc age frater ades diuino è sanguine Perse,

Et mea sepe animo dicta reuolute tuo.

Exercere aliquem solers confusce laborem,

Perniciosa famæ sic tibi terga dabit.

Sic tua frugifero complebit et horrea uictu,

Et spicis aderit tempora uincta Ceres.

## MESIODI OPER. ET

**S**egnia posthabitis qui diligit ocia curis,

Huic comes est trifilurida fronte famas.

**A**dde quod hic odio superumq; hominūq; laborat,  
Vita cui nimium desidiosa placet.

**Q**ui similis fuso nulla est cui cura laboris,  
Indigno dulces decuorat ore fauos.

**T**u uigili semper solers incumbe labori,  
Sic siquidem magnas accumulabis opes.

Sic tua tritice& disrumpent horrea messes,  
Sic erit & rerum copia magna super.

**Q**uin magis & charus fueris mortalibus & Dijs:  
Oderunt super i segnia corda Dei.

**T**urpe laboriferis non est incumbere curis,  
Omnibus est deses uita pudenda magis.

**A**d similes uertes torpantem forte labores,  
Cum studio partas ille uidebit opes.

**D**iuinitas Virtus, uirtutem fama sequetur,  
Lucida quæ facili ducet in astra uia.

**D**ijs similis fies, pleno laudaberis ore,  
Nil igitur melius esse labore potest.

**N**e secteris opes aliorum, est usq; labora,  
Quo tua sit proprijs obsita mensa cibis.

**Q**uisquis eges uanum fronti deterge pudorem,  
Et iuuat, & multis officit ille uiris.

**D**iuinitas fuluumq; audax citò congerit aurum,  
At plerumq; manet uir pudibundus inops.

Optime

Optima sunt iusto retines quæ parta labore,

Alterius quare non spoliabis opes.

Cuius enim fœdis fuerit res aucta rapinis,

Hunc ultrix summi puniet ira Dei.

Sive facultates līngue mendacis ab usu

Comparet, et turpeis hinc sibi cogat opes.

(Quod fit avaricie vexat cum dira cupido,

Fœdāq; cum profugus deserit ora Pudor.)

Nam citò dispereunt quæ sunt malè parta, nec unq;

Talibus esse diu tempora fausta solent.

Par scelus hic patrat cui supplex leditur, et qui

Hospitiū violat iura benigna pīj.

Scut temerat chari quicunq; cubilia fratriis,

Nec metuit socij rumpere umclatori.

Quisquis et orbatos offendit utroq; parente,

Inq; senem iactat uerba proterua patrem.

Iuppiter hos odit, postq; actæ funera uitæ

Pro tali pænas impietate ferent.

Ast hec ut facias, nemo te mouerit unquam,

Nec tantis animum commaculato malis.

Sed sacris semper purè casteq; peractis,

Nitere coelesteis conciliare Deos.

Nunc pingues flammis coxas crepitantibus ure,

Nunc pia fer tepidis thura cremanda focis.

Nunc aris pateras redolentis fundito uini,

Cum cubat, et rutilum Sol leuat amne caput.

# HESIODI OPER. ET

Copia namq; tibi sic rerum uberrima crescat,  
Sic et erunt facileis in tua uota Dei.  
Divitijs alijs ut tu succurrere possis,  
Officij nec sis indigus ipse tamen.  
Excipias epulis nunquam genialibus hostem,  
Excipias qui te non simulanter amat.  
Hunc tamen ante alios, tibi quem uicinia iungit,  
Nam poterit multis utilis esse modis.  
Si quid enim aduersi toruo Rhamnusia vultus  
Mittat, erit rebus nec mora praesto tuis.  
Incinctus ueniet, prius at cingentur amici,  
Quos tibi non fragili foedere iunxit amor.  
Grande malus damnum, sed nil præstantius illo,  
Cui probitas animo religioq; sedet.  
Non igitur videare leuem tibi natus honorcm,  
Vicus fucrit si tibi forte bonus.  
Res tibi semper erunt salue, foribus nec apertis  
Furaces metues in tua dannata manus.  
A uicino aliquid si mutuo cæperis, illud  
Qua licet, atq; potes pondere redde pari.  
Ac si sit census, si non prohibebit egestas,  
Cura sit acceptos exuperare modos.  
Fœcundos imitare agros, ne rursus egenti  
Contingat precibus dura repulsa tuis.  
Ne sis iniuste cumulando deditus auto,  
Turpia sunt dannis equiparanda lucra.

Obscurus

Obsequio nec te, puro nec uincat amore,  
     Qui tibi legitimo fœdere iunctus erit.  
 Officij causa si quis tua limina uisit,  
     Huius ne plegeat rursus adire domum.  
 Si quisquam dono mentem testetur amicam,  
     Hunc erga simili munere gratus eris.  
 Munificus nec sis erga hunc qui nil dedit unquam,  
     Da danti, ingratis clausa sit arca uiris.  
 Munere laudandum, sed fœdum est uiuere rapto,  
     Concomitata fera morte rapina uenit.  
 Qui dat sponte sua quamuis ingentia donet,  
     Lætus, & hoc animo non remorante facit.  
 Quisquis at abiecto rapiat uel paucâ pudore,  
     Ingemit, & gelidum frigore pectus habet.  
 Crede mihi paruum paruo si sèpius addas,  
     Grandis in exiguo tempore accruius erit.  
 Presentem quisquis studiosius auget accruium,  
     Effugiet nigra noxia damna famis.  
 Nil nocet esse domi, nimium foris esse molestum est,  
     E præsente magis sumere lance iuuat.  
 Ab nimis absentum grauis est penuria rerum,  
     Quare hæc sub memori pectore dicta tene.  
 Dum uas penè uacat, pumosaq; fundit ab alto  
     Vina, hilari sumes pocula plena manu.  
 Parte sed è media dulcis cùm profluet humor,  
     Parcus eris, rebus debet adesse modus.

# HESIODI OPER ET

Namq; est in fundo scrum, atq; intempestivum  
Parcere, cum plenus dat bona rina cadus.  
Ne fraudes unquam pacta mercede ministrum,  
Sedulus officium qui facit usq; suum.  
Testis fac ad sit si uel cum fratre loquaris,  
Et lepido facileis fundis ab ore iocos.  
Si p; nocet nullis si prebes uocibus aureis,  
Sepe nocet facilem mox adhibere fidem.  
Ne sana spoliet fallax te faemina mente,  
Dum fundit blandos ore diserta sonos.  
Qui sua concredit meretrici, furibus illa  
Concredit, nidos dissipat illa tuos.  
Dilectus patrias tueatur filius ædes,  
Sio res accrescent, salua futura domus.  
Facq; prius cures aliquot sis prolibus auctus,  
Inijciat secuas quam tibi Parca manus.  
Namq; Iouis poterunt plureis dite scere dextra,  
Curaq; multorum plus cumulabit opum.  
Te quoq; adhuc auri teneat si dira cupido,  
Aut si sint animo dulcia lucratuo.  
Ne pigeat duro Perse infudare labori,  
Nulla magis uotis res erit apta tuis.

Finis prioris libri.

# HE SIODI

ΕΡΓΩΝ ΚΑΙ ΗΜΕΡΩΝ

Liber Secundus.



LEIADES ut rutilo cernes ful  
gescere coelo, (seges.  
Concidat inflexa falce resecta  
Quando sed equoreas rursum mer  
guntur in undas,

Pingue sub impresso uomere uerte solum.  
Noctes atq; dies per quadraginta latebunt,  
Et fugient oculos sydera uisa tuos.  
Sed rursum ad finem cum circumuoluitur annus,  
Confpicuum cernes irradiare polum,  
Cum primum incipiunt curuæ splendescere falces,  
Ast hac agricolis lex retinenda uiris.  
Sive colant illi rauco loca proxima ponto,  
Af fiduc tumidis que feriuntur aquis.  
Sive caues ualleis, undoso et ab aquore longe  
Irriguis habitent pingua rura uadis.  
Obliquo nudus terram sulcabis aratro,  
Nudus in euersam spargito semen bumum.  
Maturas nudus nec non incidito messes,  
Consultum rebus si cupis esse tuis.  
Si tempestuos terram uis edere fructus,  
Et sata cum magno fœnore reddat ager.

HESIODI OPER ET

Ne trepidē alterius subeas frustrāq; penates,

Nuper ut es nostros ausus adire lareas.

At nihil utendum tibi sum, donōue daturus,

Quim ad opus pigras cogis inepte manus?

Hoc homini siquidem statuit, propriumq; dicavit,

Qui super a summus regnat in arce Deus.

Ne tu natorum tristi stipante caterua,

Cum misera buc illuc coniuge mœstus eas.

Dumq; leuem queris uicina per ostia uictum,

Eueniat precibus sape repulsa tuis.

Bis uel ter dabitur, si pergas esse molestus,

Cogeris uacua tristis abire manu.

Verbaq; ne quicquam nihil efficientia fundes,

Eloquij ratio non erit ulla tui.

Quare sollicito uigil impallescere labori,

Vt scis te monitum sepius esse mibi.

Quò contracta tibi dissoluere debita, quoq;

In festam possis exaturare famem.

Principio tibi conde domum, taurosq; parato,

Supponant rigido qui sua colla iugo.

Dein redimas famulam, tua quæ iumenta sequatur,

Emptaq; nequaquam nupta sit illa uolo.

Sit quoq; cura domi sint omnia ritè parata,

Et digesta habeas ordine quæq; suo.

Ne tibi defuerint si quando ea postulet usus,

Sollicitansq; alios ipse repulsum cas.

Tempore

Tempora labuntur, cæpti pereuntq; labores,  
 Poscendo longas dum facis usq; moras.  
 Neue opus extrahito, aut in crastina tēpora differ,  
 Optima sitūc tibi proxima quæq; dies.  
 Namq; pigro nunq; disrumpent horrea messes,  
 Aut qui cunctanteis inuenit usq; moras.  
 Omnia sedulitas, labor omnia perficit acer,  
 Curaq; res poterit sola iuuare tuas.  
 Hinc male cum damnis semper luctatur acerbis,  
 Qui solet insanas nocte cung; moras.  
 Cum desfruerit rapidi violentia solis,  
 Atq; autumnaleis faderit imber aquas.  
 Cum redunt alacres in languida corpora uires,  
 Quas nimium fruens fregerat antè calor.  
 Nam tunc exiguum de luce Canicula tempus,  
 Nostra sub infesto membra calore premit.  
 Pronus at occiduas redijt cùm Phoebus in undas,  
 Exercet uireis nocte silente suas.)  
 Deniq; cùm minimcq; nocet, carieq; fatigescit,  
 Aérijs ferro syluarecisa iugis.  
 Fundere sublimis cùm germina definit arbor,  
 Squallida sed solitis stat iuiduata comis.  
 I, pete tum syluas, innataq; rupibus altis  
 Materiam rebus robora cæde tuis.  
 Concaua fac constent pedibus mortaria ternis,  
 Pistillum cubitos contineat totidem.

# HESIODI OPER ET

Sic refeca, namq; hic modus est aptissimus axi,

Vt teneat septem plusue minusue pedes.

Quod si forte pedes fuerit protensus in octo,

Malleus bic ex quo conficiatur habes.

Si uelatum currus palmas bis quinq; tenebit,

Curuatura rotæ debet habere nouem.

Preterea solers uarios aptabis ad usus

Incurua et multis ligna recisa modis.

Per iuga quæsum et uirideis dentale per agros.

Deser ad angusta rustica tecta case.

Idq; sit ilignum: nam non citò frangitur illud,

Dum uomer duram uersat aduncus humum,

Si buri affigens temoni adiunxit aptè,

Qui colit Alteæ munia sacra Dæ.

Tum memor apta domi duo semp aratra reserues,

Hoc satius rebus suspicor esse tuis.

Vnum perfecta solidoq; è robore factio,

Compingant aliud plurima ligna simul.

Nan si forte aliquo casu disrumpitur unum,

Suscipient aliud colla ferenda boum.

At validum uiridis temonem prebeat ulmus,

Florida uel summis laurus amica iugis.

Curuaq; frondenti dentalia ab ilice fiant,

Det burim fusis quercus opaca comis.

Cum validus nonum taurus peruenit ad annos,

Tunc sua det rigido colla premenda iugo.

Nanq;

Namq; operi est aptus medio cùm floret in euo,

Membraq; tunc iustum fortia robur habent.

Sic neq; pugnando tritum frangetur aratrum,

Aut imperfectum defituetur opus.

Matura uigilem queras ætate bubulum,

Qui cum annis numeret bis tria lustra decem.

Panem ubi quadrifidum buccas et in octo recisum

Sumpsit, agat tardos sub iuga curua boues.

Non hic inæqualcm ducet male uomere sulcum,

Ad socios flectens lumina sepe suos.

Pectore sed toto duro insudare labori,

Hoc studium, hæc animo cura futura bono est.

Junior at non sic poterit loca sparsa cauere,

Nec sic in uersam semina sparget humum.

Sepe parcs etenim spectans etate colonos,

Hisq; intentus opus negliget ille suum.

Obserua streperis clangoribus æthera compleans

Nubibus ex altis cùm Palamedis aues.

Horrida namq; ferunt pluuiosæ tempora bruma;

Signaq; uertendi dant tibi certa soli.

Talis at illius mordet præcordia clangor,

Qui scese nullos cernit habere boues.

Tunc stent incurui plenum ad præsepe innuenient,

Et uegetent largo fortia membracib[us].

Vtendum rogo cum bobus concedito currum,

Non sanè magnæ est dicere id artis opus.

# HESIODI OPER. ET

Nec minus est facile ac insuetum ferre repulsam,  
Vir prudens, proprius nunc labor instat, ait.  
Aptos ipse tibi potius compingito currus,  
At miser haud posset conficere ipse sibi.  
Ignorans multo ante domi prouisa reponat,  
Centum per uarios ligna resecta modos.  
Quare ubi tempus erit ferro cum scinditur aequor,  
Vna cum famulis aggrediaris opus.  
Aequalis sicco tellurem temperet humor,  
Quam sulcant acti sub iuga panda boues.  
Mane ueni ut grauidis tellus oneretur aristis,  
Vertito cum floret, uere tepente, solum.  
Nunq; te fallent, cum torrida uenerit aestas,  
Vomere foecundos si renouabis agros.  
Cultas ed excipiat semen Cereale noualis,  
Sic ager ad fruges ingeniosus erit.  
Fertilitate sua teneros demulcet alumnos,  
Neu mala dicantur, diraq; uerba cauet.  
Corripis ut fiumam terram scissurus aratro,  
Et stimulas tardi uerbere terga bouis.  
Terrestri fac uota Ioui, Cereremq; pudicam  
Thuricremis supplex deuenerare foci.  
Efficien pleno sic aria grauescere foetu,  
Uberiore tibi faenore stabit ager.  
At seruus tunc rastra ferens te ponè sequatur,  
In motam spargis cum rude semen humum.

Obrua

Obruat hic tritis Cerealia semina glebis,  
 Illa peregrinæ ne populentur avers.  
 Omnibus in rebus bonus est laudabilis ordo,  
 Dannoſus ſemper ſed malus eſſe ſolet.  
 Sic nimio grauidæ nutabunt pondere ſpica,  
 Si modo ſucessum det Deus ipſe bonum.  
 Tolles neglectis que texit Aranea uafis,  
 Quæſitusq; feret gaudia magna cibus.  
 Laeta celebrabis poſitis conuiua mensis,  
 Auricomu donec tempora ueris erunt.  
 Ut ſpectes alium nunquam te coget egestas,  
 Alter ſepe tua ſed uir egebit ope.  
 At cum Sole uago Capricorni ſigna rubebunt,  
 Si tum ſit tandem terra ſubacta tibi.  
 Incumbens raras genibus reſecabis criftas,  
 In male ſœcunda puluerulentus humo.  
 Nec niſi confuſos poteris religare maniplos,  
 Triftis in exigua farraq; corbe ſeres.  
 Nam nunc illa loui, nunc hæc ſententia ſurgit,  
 Scrutari cuius pectora nemo potest.  
 Si ſero teneram ſulcaris uomere terram,  
 Hæc fuerit rebus certa medela tuis.  
 Tempore quo querna reſidēs ſuper arbore coccyx,  
 Raucifono ſimiles fundit ab ore ſonos.  
 Soliuunturq; hominum per dulcia gaudia mentes,  
 Vtraq; qua ſines regia Solis habet.

# HESIODI OPER. ET

Tum triduo donec replete uestigia tauri

Si pluuiam affiduus fuderit imber aquam.

Sic fiet serò qui cæperit, æquet ut illum

Qui tempestiuo uomere rupit humum.

Hec retine, nec te spacijs discrimina fallant,

Temporis est uarias utile scire uices.

Cum uer findit humum cinctum uiridante corona,

Cumq; ciet pluuias humidus austera aquas.

Ne te fabrorum sedes sermone loquaci

Detineant, tepidos disce caucre focos.

Cum saeuit glacialis hyems, et frigora captiva

Te prohibent extra limina ferre pedem.

Tunc homo diuitias et res industriis auget,

Omnia tum domui prospicit ille suæ.

Nec si bruma grauis tristisq; prebendat egestas,

Dextra premat tumidos attenuata pedes.

Multa uir ignarus dum se spe pascit inani

Cogitat, et uictu dum caret ipse bono.

Mens agitat facinus, fraudem meditatur iniquam,

Qui paupertatem subleuet ipse suam.

Vana etenim minime spes pascere posse egentem,

Ocia qui semper desidiosus agit.

Cum tulit, agricolas famulosq; laboribus urge,

Aestatis medic Phœbus ab axe dies.

Tempora diffugiunt, sibi quilibet horrea condat,

Forma nec aestatis semper amena manet.

Emilia

Euita lani dictum de nomine menscm,  
 Qui solet agricolas excoriare boues.  
 Et glaciem uita, terram que stringit ex undas,  
 Cum Boreas flatu concutit illa suo.  
 Qui per Thrcias bacchatus turbine terras,  
 Cum pelago incubuit, mugunt omne nentus.  
 Terra tremit, quercus ex uulsa montibus ornata,  
 Precipitat summis ad loca plana ingis.  
 Fragoso reboant nutantes murmure sylue,  
 Ingeminant querulos ex nemora alta sonos.  
 Exborrentq; fræ, stringuntq; sub inguina caudas,  
 Sit licet bursutis pellis operta pilis.  
 Hispida uillosæ perflat uelutina capræ,  
 Et penetrat tardi tergora dura bouis.  
 Anno at cum toto uelantur corpora lana,  
 Non Boreæ placidas frigus adurit eucas.  
 Compellitq; senes curuo procedere dorso,  
 Virginis at teneræ non nocet ille cuti.  
 Desidet illa domi chare coniuncta parenti,  
 Ignorans Paphiæ dulcia furtæ Deæ.  
 Se lauat, unguentis perfusaue corpus odoris,  
 In placido recubat sub lare tutatoro.  
 Tempore quo gelidis Polypus conclusus in antris  
 Delitet, ex pedibus pascitur ipse suis.  
 Non etenim rutili sinit hunc absentia Phœbi  
 Per maria optatos querere lata cibos.

## HESIODI OPER ET

Cum spacio Graias paruo supereminet oras,  
Aethiopum at fissos lampade torret agros.)  
Tum cornuta cauis animalia nullibus errant,  
Perq; nigrum fugiunt dente tremente nemus.  
Immensasq; specus spælaeaq; saxa querunt,  
Quæq; solent summis antra patere iugis.  
Vtq; senex torto sustentans membra bacillo,  
Qui dorso fracto lumina figit humi.  
Non aliter cernas per opacas currere sylvas,  
Et uitare niuem quæ tegit alta cibos.  
Tunc moneo corpus muni, tunc induc lanam,  
Adq; imos tunicam quæ fluat usq; pedes.  
Mixtaq; staminibus dense subtegmina raris  
Induc, sunt multis commoda namq; modis.  
Sic tibi non surgent birtæ per corpora setæ,  
Nec facient rigidas frigora seu comas.  
Pero tegat plantas tauri de tergore sectus,  
Atq; intus levibus hunc operito pilis.  
Hædorum pelles taurino consue neruo,  
Quas humero pluvia uim faciente iace.  
Fac tegimen capiti noceant ne crinibus imbræ,  
Aureis effusa néve rigentur aqua.  
Frigus enim magis est scuum spirante Aquilone,  
Cum fulget roseis lutea Diua comis.  
Mane super terras coelo ros lapsus aperto,  
Agricole gnaui fertile reddit opus.

Qai

Quid flumij haustus, validiq; à turbine uenti,  
 Aether aterrenis raptus in alta locis,  
 Vespere Sibonio nubes Aquilone mouente,  
 Nunc uentos, pluuias nunc ciet ater aquas.  
 Hunc bene præueniens factq; per arua labore,  
 I repetas humilis rustica testa case.  
 Ne corpus grauido uel fillet penula nymbo,  
 In solis nebula si capiaris agris.  
 Sed uites, byemis mensis duriſimus hic est,  
 Vix homini, placide uix tolerandus oti.  
 Pabula cornigeris tunc parcus obijce bobas,  
 Largius agricolis censeo danda uiris.  
 Namq; soporifera cum noctis longior hora est,  
 Tempora tranquille longa quietis habent.  
 Hec animo serua totum bene fixa per annum,  
 Dum steterint spacio noxq; diesq; pari.  
 Dumq; iterum tellus plenis oneretur aristis,  
 Et grauido fruges proferat alma sinu.  
 Cum post solsticij pluuiosæ tempora brume,  
 Sol ter uicenus lauerit anne caput.  
 Oceani primum sacris Arcturus ab undis  
 Surget, ubi placide tempora noctis erunt.  
 Post hunc auricomu prænuncia ueris hyrundo  
 Apparens, querulos fundet ab ore sonos.  
 Hanc tu præueniens, teneras incidito uites,  
 Hec fuerit rebus commoda cura tuis.

HESIODI OPER. ET

Ast ubi testudo uirideis prorep sit in herbas,  
Aspera suffugiens sydera Pleiadum.  
Ledere tunc ceſſet uites ligo, tempora feruos  
In messem reuocant, falx acuenda tibi eſt.  
Tum captare nocet gelidas ſub frondibus umbras,  
Aut oculos dulci manē ſopore frui.  
Cūm ſtant maturis onerati meſſibus agri,  
Et nimio Phœbus membra calore grauat.  
Tunc abrumpe moras, frugesq; ſub borrea conde,  
Tunc opus eſt tepidum linquere manē torum.  
Ut bene ſufficiat uictus tibi, tertia duri  
Pars exhausta tibi manē laboris erit.  
Atq; iter, et celerat tristeis Aurora labores,  
Hac ueniente tuum carpe uiator iter.  
Rosida manē petunt ſolertes rura coloni,  
Et rigidos adiungunt ſub iuga panda boues.  
Tempore quo spinis ſurgens Paliurus acutis,  
Purpureo lētis flore uirebit agris.  
Cumq; crebris quatitans ſtridentes motibus alar,  
In uiridi raucum fronde Cicada canit.  
Dulcia tum pingues errant per prata capelle,  
Et meliora illo tempore uina bibes.  
Fœmina laſciuit, Veneris tunc gaudia querit,  
Membraq; ſunt eſtu languidiora uiri.  
Serius bic auſ fert robur capitisq; genuq;  
Et corpus ſucci reddit manē ſui.

Tunc

Tunc pete saxofis gelidas sub monibus umbras,  
 Vinaq; tornatis Biblina funde scyphis.  
 Lacq; caprae nullos que nutrijt ubere foetus,  
 Nec dapi bus desint lactea liba tuis.  
 Sperne nec boedinas uitulae carnesue iuence,  
 Que rudit ad partus im nemore alta fuit.  
 Umbrofis residensq; locis nigrantia misce  
 Vina, ubi sunt lautis membra refecta cibis.  
 Lenè susurrantes faciem conuersus ad auras  
 Et fontem illimis quiq; perenne fluit.  
 Infundes leta cum uina liquentia dextra,  
 Ter tam multa bonum temperet unda merum.  
 Surget ut Orion primum, compelle ministros  
 Executiant agili farra refecta manu.  
 Hoc ad opus facito tereti ex equata cylindro  
 Area sit, leuibus que pateatq; notis.  
 Mensura uasis certa concludito fruges,  
 Aedibus et cum sint condita cuncta tuis,  
 Vnde queas totum te sustentare per annum,  
 Conducas famulum qui caret ipse domo.  
 Tum famula partus, que nondū experta Libore est  
 Que peperit, domui non erit apta tue.  
 Quiq; tuas intus recte custodiat ædis,  
 Non parco uigilem pascito pane canem.  
 Ne tua compilet per opacæ nubila noctis,  
 Qui tota semper sacertere luce solet.

HESIODI OPER ET

Mulieribus totu*s* quod sufficit anno,  
Fæni cum paleis in tua tecta uche.  
Deinde fatigatis demas iuga curua iuencis,  
Se famuli recrecent, fessaq; membra leuent.  
Serius et ualidis proles Hyrea lacertis,  
Dimidium coeli cum peragrabit iter.  
Flauaq; cum cernet custodem Erymanthidos Vrse,  
Mater ab occiduis Mennonis orta uadis.  
Collige pampinea tumidos de uite racemos,  
Protinus inq; domus conuche tecta tua.  
Hos, bene quo*n* radijs Phœbi siccentur acutis,  
Exponas noctes quinq; bis atq; dies.  
Quinq; dies sine sole benigni munera Bacchi,  
Accipient sexto dolia plena merum.  
At cum Pleiades, Hyadesq; et Orionis astrum,  
In maris occiduas precipitantur aquas.  
Tum memor inflexo proscindes uomere terram,  
Sic anni fient tempore que*n* suo.  
At freta si cupias pandis sulcare carinis,  
Sitq; per æquores impetus ire uias.  
Pleias ensiferi fugiens Orionis astrum,  
Hesperias quando mersa subiuit aquae,  
Tunc rapidi furunt immani murmure uenti,  
Et toto miscent prælia scuamari.  
Tunc male cerate ducuntur in æquora puppers,  
Fertile sed potius uomere uerte solum.

Vndiq;

Vndiq; tunc sexis religes ad littora fultam,

Vt tuta maneat in statione ratis.

Sentineq; memor graue olenteis ejice sordeis,

Ne tandem pluuijs illa putrefcat aquis.

Instrumenta domi naualia ritè locato,

Componens remos ordine quosq; suo.

Exploret fumus fabrefacti robora clavi.

Obserua uarias temporis ipse uices.

Tunc ubi tempus erit remis impellito marmor,

Cùm spondet placidas utilis aura uias.

Vtq; tibi refrat lucrum, bene mercibus imple,

Sed iustum semper pondus habere decet.

Sic freta demissis peragebat cœrulea remis,

O Perse uictus indigus ipse pater.

Huc ille Acolijs Cumarum uenit ab oris,

Emensus longas per uada salsa uias.

Non quod opes, magnos uel suffugiebat honores,

Sed paupertatis, quam Deus addit, onus

Haud Helicone procul sedes habitavit iniquas,

Dura sub Aonijs quâ iacet Ascra iugis.

Ingrata est semper, seu floret messibus estas,

Siue pruimosa sub niue terra latet.

Tempora at ut semper, sic opportuna notato,

Vnda maris timidæ quando sit æqua rati.

Exiguas lauda nauis, imponito mercens

Magna, namq; oneri bac aptior esse salet.

# HESIODI OPER. ET

*Lucrāq; maius onus semper maiora sequentur,*

*Si teneant rigidas uentus et unda minas.*

*Si mercaturae dederis te debita soluas,*

*Et fugias in opis damna pudenda famis.*

*Nunc tibi monstrabo non sim licet ipse peritus*

*Aequoreas sulces qua ratione vias.*

*Namq; semel tantum mibi contigit equor arare,*

*Aulide dum Euboeæ littora curua peto.*

*Hic ubi manserunt uento retinente Pelasgi,*

*Cum uellent Phrygio bella mouere solo.*

*Amphidamas postquam liquisset luminis usum,*

*Calcidis est nostra terra petita rati.*

*Promulgata etenim certamina clara fuerunt*

*Defuncto proles que statuere patri.*

*Hic ego facundo tripodem sum carmine natus,*

*Quem uoui sacris ex Helicone Deis.*

*Nunc cernis quam sim multum naualia doctus,*

*Acterni pectus sed reserabo Iouis.*

*Doctisonum siquidem Perse componere carmen*

*Pieriae primum me docuere Deæ.*

*Vt sol octipedis peragrauit sydera Cancri,*

*Quinq; bimc cum decies præteriere dies.*

*Tunc tempus nautis aptum, tunc nemo peribit,*

*Nec bibet aequoreas obruta puppis aquas.*

*Ni Deus ipse potens rapidarum numen aquarium,*

*Aut perdat ualidi dextera magna Iouis.*

*A super*

A superis Per se magnis simul omnia pendent,  
 Nam bona nunc illi, nunc mala stirre solent.  
 Tunc homini maris est prorsus tractabilis unda,  
 Tunc præstat facile s lenor aura vias.  
 Credito tunc uentis & onus componito naui,  
 Quam primum (monco) sed redditur us cas.  
 Nœve autumnalis cœlo cum decidit imber,  
 Expectesue nouum cum dabit uua merum.  
 Horrida nec gelidæ uenient cum tempora bruma,  
 Et spirant duri, flamina seu, noti.  
 Namq; comes pluiae latum ciet ille profundum,  
 Eq; imo ueras eruit Auster aquas.  
 Tunc quoq; demissis uerrunt uada cœrula remis,  
 Quo rediit dulcis tempore Veris honor.  
 Germina cum summi fit uticant in uertice rami,  
 Imposito cornix quæ tegat atra pede.  
 Peruia tunc freta sunt, sed ego me credere nolim,  
 Nec dubius tutum nauita carpit iter.  
 Vix mala suffugies, quid non spes cogit habendi?  
 Plus æquo audaceis efficit illa uiros.  
 Nam dirum uita est miseris mortalibus aurum,  
 Sed nimis in uasto mors violenta mari est.  
 Pectore qua propter memori præcepta reclude,  
 Quæ nunc sepe tibi nostra Thaleia dedit.  
 Ne tamen ambiguo bona credas omnia ponto,  
 Sed potior maneat pars tibi salua domi.

HESIODI OEPR. ET

Est miserum fecisse mari dispendia rerum,  
Cum grauis eversas obruit unda ratens.  
Durum & sarcinulas dispersas esse uidere,  
Et minui, currum cum graue frangit onus.  
Sit modus in rebus, nec enim magis utile quicquam,  
Quam stat a per certas tempora scire uices.  
Cum tria ter denos processit uita per annos,  
Sit tecum socio nupta puella toro:  
Cum decimū quartum pubescat virgo sub annum,  
Rite sequente anno nupserit illa viro.  
Virgo tibi etatis tenerae ducatur, & huius  
Mollia preceptis imbue corda bonis.  
Hanc tamen in primis tibi quam uicinia iungit,  
Ne fias socijs fabula longa tuis.  
Nil etenim melius vir coniuge possidet illa,  
Quam sequitur castae fama pudicitiae.  
At nibil hac, furtim quæ splendida prandia captat  
Prauaq; cui cordi, tristius esse potest.  
Hac sine torre virum comburit, & efficit illum  
Proterat ut celeri cruda senecta pede.  
Sit tibi magnorum reverentia iusta Deorum.  
Parq; tibi fratri nullus amicus erit.  
Si facias, caue tunc abs te ledatur amicus,  
Verbaq; sint linguae ne simulata tue.  
Quod si probrosis tua nomina carperc dictis,  
Ledere uel factis coepit ille prior,

Non

Non impunè ferat, sed si dependere poenas  
 Vltrò quas meruit sustinet ille graues,  
 Rursus amicitiae tecum desyderat usum,  
 Suscipe, non illi durior esse uelis.

Qui sibi nunc illum, nunc hunc asciscit amicum  
 Instabilis, miserum quis neget esse virum?  
 Præteritæ memorem culpæ non arguat iram  
 Vultus, néue animi det mala signa tui.  
 Ne tibi concilias multorum foedera Persæ,  
 Prorsus amicorum néue feraris inops.  
 Inq; bonos dira conuicia fundere lingua,  
 Dicarisq; malis te sociare viris.

Paupertatis onus nulli exprobraueris unquam,  
 Hæc homini à summo numine missa uenit.  
 Optimæ res homini est paræ facundia linguae,  
 Et que laudatum seruat ubiq; modum.  
 Quod malè si dictis certes, cogere uiciissim  
 Peiores tristri percipere aure sonos.

Non hic parcus eris, potius profundito largè  
 Cùm uenit ad positas publica turbadapes.  
 Sumptibus è minimis ueniet tibi magna uoluptas,  
 Ac è communis gratia maior erit.

Mane ioui reliquisq; Deis ne feceris unquam  
 Illota ut libes dulcia uina manu.

Non enim temerè sic conciliaueris illos,  
 Difficili renuent supplicis aure preces.

HESIODI OPER. ET  
Splendida nec uersus meias ad lumina Phœbi,  
Sed quando liquidas ille subiuit aquas.  
Nec dum carpis iter Perse commiseris extra,  
Aut mediae mingas in regione uiae.  
Nec tua postposito denudes membra pudore,  
Nox est cœlicolis rite sacrata Deis.  
Ac uir diuino qui pectore præditus extat,  
Cui decor est cordi, purpureusq; pudor.  
Ad bene munitas adiungens corpora sepes  
Naturæ faciet, quod bene clam fit, opus.  
Semine néue intra spurcus penetralia tecti  
Ostendas castis membra pudenda foci.  
Néue operan siboli dederis cum coniuge moestus,  
Ut redis à tristi funere forte domum.  
Dulcia uerum post genialis scacula coene,  
Legitimi prests gaudia lœtatori.  
Ante caue pedibus fluvios transire perennes  
Quam prece compellas pulchra fluenta pia.  
Qui temere illotis manibus uaga flumina transit,  
Hic odio Dijs est & mala cuncta feret.  
Dedecet ante aras unguies præcidere ferro,  
Victima dum positos concidit ante Deos.  
Nec cyatho Perse cratera imponito magnum,  
Iniicit huic sœuas lurida Parca manus.  
Néue imperfectas unquam reliqueris edeis,  
Incipit nunquam, aut perfice copta scmel.

Ne

Ne cornix summi residens in culmine tecti,

Garrula conatus rideat illa tuos.

Hunc quoq; pæna manet uetus qui sumit ab ollis  
Et nondum sacras corripit ore dapes.

Ne puerum assuecas uitæ tria lustra trahentem,  
Ut posito calcet sacra sepulchra pede.

Vtile nequaquam fuerit: nam pæna statuta est.  
Quæ uires tenuat, semiuiresq; facit.

Nec qui bis senos tantum confexerit orbes  
Lunæ: nam simili plectitur ille modo.

Hic ubi se mulier, ne corporis ablue fodes,  
Namq; suo bunc uindex tempore pœna manet.

Vindice Diuorum superum vexabitur ira,  
In sacra contemptos qui iacit ore sonos.

Nec puri gelidam meias in fluminis undam,  
Quâ maris in uitreas exoneratur aquas.

Et spurcam in sacros urinam reddere fontes,  
Aut graue uentris onus ponere, crimen habet.

Sedulus euites uoluctis mala murmura fame,  
Qua non est toto peius in orbe malum.

Sublatu leuis est, grauiori pondere fertur,  
Ast ut deponas, hoc opus, hic labor est.

Sparsa nec a multis tenues cito cedit in auras,  
Ipsa Dea est, magnum famaq; numen habet.

# HESIODI DIES.



X Ioue natarum seriem seruato  
dierum,

Quilibet ex quo sit iure no-  
tata, vide.

Vltima mensis erit factos lustra-  
to labores,

Dimensum seruis cbœnicae funde cibum.

Hac solet ex populus ueraces tradere leges,

Quilibet est summo de Ioue nata dies.

Prima sacra est et quarta ex septima, nāq; canorum

Latona hoc natus fertur Apollo dic.

Nonaq; ex octava ad curanda negotia faustæ

Dicuntur, crescens quas bene mensis habet.

Vndecima atq; duodecima satis utraq; felix,

Attamen hæc illa faustior esse solet.

Lanigeræ hac siquidem pœudes tōdentur, ex unca

Concidit agricolæ falce recisa seges.

Aëre dependens bac texit Aranea filum,

Et formica cibum granistro ore legit.

Promouet hæc ex opus, operi insudate pucelle,

Et gnauas agit et pendula telamanus.

Tertia

Tertia post decimam prime cùm fulserint Eos.

In uersam noli spargere semen humum.

At plantis holitor riguo quas figit in borto,

Addere fœcunda hac lux alimenta solet.

Sexta super decimam teneris incommoda plantis,

Sed progignendis est magis apta uiris.

Sed seu nascantur, nimis est inimica puellis,

Sive incant socij fœdera pacta tori.

Sexta nec est illis prime bene commoda, at bœdis

Cadunturq; ouium uilia membra gregi.

Vimine contexta circundat ouilia sepe

Rusticus, et fausta est progenerare mares.

Hec gaudet rigida conuicia dicere lingua,

Mendaces uoces, Idaliosq; iocos.

Exige furtiuis longas sermonibus horas,

Occultos capiat blanda puella sonos.

Octaua capras, toruosq; excidito tauros,

Et mulos quarta pòst quoq; cede die.

At uir, uicenus cùm sol ostenderit ortus,

Nascitur ingenio, consilioq; potens.

OppORTUNA uiros decima est nasci, binc quoq; quar

Gignitur auspicijs blâda puella bonis. (ta

Palpanti cicurato manu pecudesq; bouesq;

Et pariter mulos, peruigilesq; canes.

Effugito quartam, seu Cynthia ducat in orbem

Cornua, deficiens sive latèrē paret.

## HESIODI DIES.

Ingerit illa dies torquentis pectora curas,  
Sollicito nunquam mensq; dolore uacat.  
Tum tibi consortem thalamo sociato iugali,  
Cùm rutilo quartam sol tulit ore diem.  
Sed prius, augurium res est aptissima tædis,  
Aligeras, monco, consule frater aueis.  
Omen habent, quintas quare uitare memento  
Ab nimium duras difficilesq; dies.  
Tunc Furie passim toto simul orbe uagantur,  
Spargentes tortas angue minante compas.  
Ob mala depositunt tristes periuria pœnas,  
Damnaq; periuris perniciofa ferunt.  
Septima post decimam cœlo cùm uenerit Eos,  
Areatum fruges conterat aptas sacras.  
Ligna faber thalamis, et cedat idonea nauis,  
Exiguas quartas construat ille scaphas.  
Sed medij, medium cum sol superauerit axem,  
Nona solet quarta faustior esse dic.  
Illa at que primo consistat in ordine nona,  
Candida non ulla labe notata uenit.  
Tum teneras tutum est terre defigere plantas,  
Nascitur auspicio fœmina uirq; bono.  
At nimis hoc pauci norunt, uigesima nona,  
Quim ueniat uarijs illa beata modis.  
Dolia tunc resera, subeant iuga curua iuuenci,  
Cum mulo et celeri qui pede currit equo.

Littoribus

Litoribus fausto tunc soluitur alite nauis,

Et secat immensas per uada tutu vias.

Vera sed ô per quam pauci discrimina norunt,

Quæq; dies fœlix, quæq; sit atra notant.

Dolia post decimam quartar eferare memento,

Est siquidem ante alias religiosa dies.

Vicena est fœlix cum Phœbus in ethere fulget

Mane, sed est peior cum caput abdet aquis.

Commoda multa ferunt certe mortalibus agris,

Exanimes alij, sunt dubiaq; dies.

Hanc alij, tollunt alij quoq; laudibus illam,

Nouerit ast omnes qui bene, rarus adest.

Nam nunc clara dies charæ nos more parentis,

Nunc tractat rigida ut scua nouerit manus.

Sed fœlix cui sunt uariorum iura dicum

Cognita, et hic uitam qui sine labore trabit.

Sic ut præclarumq; modum reseruet in omni,

Nec male fatidicum spreuuerit omen avis.

Operum et Dierum Hesiodi

Finis.



# GEORGII ROTALLERI EPI. GRAMMATVM Liber unus.

Ad candidum Lectorem.

**S**i qua uidebuntur migratibi digna litura,  
Qui uoluis nostra carmina facta manu.  
Ne ducas uultus, nec duro turbidus ore  
Ingenij spernas hæc monumenta mei.  
Iam nunc ingressus quinti tero limina lustra,  
Velat adhuc molles barbaq; prima genas.  
Si mibi non parces, parcas iuuenilibus annis,  
Hec ætas ueniam quo mereatur babet.  
Adde quod ex magnum paruo nil tempore fiat,  
Omnia sunt lentis perficienda moris.

AD

AD GENEROSVM IV.  
uenem Carolum Scenck, Barónem  
à Tautenburg , &c. Georgius  
Rotaller.

**C**Arole qui claris cùm sis natalibus ortus,  
Nobile cōduplicas generoso pectorc stēma,  
Et iā magnanimū certas superare parentē,  
Cuius cùm nuper per landes ire pararem,  
Forriaq; Heroo deducere facta cothurno,  
En numerosa statim summarum copia rerum  
Obruit, atq; imopem, quis credat? copia fecit,  
**Q**ue sumenda mihi tantis exordia factis  
Digna forent, planè incertus dubiusq; ferebar:  
Hinc me nobilitas, & autē nomina stirpis  
Teutonas urgebant inter radiantia gentes:  
Hinc praeclara animi traxit generosaq; uirtus,  
**Q**uia uiguit seu pax lētis redimita coronis  
Cæsarcos placida populos sub lege foueret,  
Seu Mars terribili caneret Tarantara cornu.  
At cùm digna istis molirer carmina factis,  
Astitit, atq; aureis mihi carminis autor Apollo  
Vellicat, & quorsum tantum tibi sumis incepte,  
Inquit, onus, longeq; tuis nunc uiribus impar.  
**Q**uin pede te metire tuo, prægrandia uita,  
Nec tibi plus sumas quam conceſſere Camœnæ,

## GEORG. ROTAL.

Ne labet inmodico tenuis sub pondere cernuix;  
Et frustra optatam cupias contingere metu.  
Bellia caniant alij, ac heroum fortia facta,  
Clasicaq; horrendo resonent per castra tumultu.  
Tu teneros tractes Elegos, leuioribus istis  
Aptior, et molli carmen modularis auena.  
Quis nunc Scenchiaden toto non nouit in orbe?  
Qz duce sunt toties pedituq; equituq; phalanges,  
Et Pbrysic fusi populantes arua Sicambri.  
Ac nisi lanificæ secuissent fila sorores,  
Viveret Argolicis etiam tibi terror in oris  
Turca ferox, ab quas strages fortissimus heros  
Aederet, antiquas peteres inglorius arceis.  
Falleris, ah, numiūm q; tibi mal è cognitus ipsi es,  
Inclita si speres te posse æquare canendo  
Gesta uiri, summum poscit res ista Poëtana.  
Sic fatus liquidas abiit dilapsus in auras.  
Voce Dei moniti (quis enim sine numine magne  
Audeat?) ingenuo suffusiq; ora pudore  
Destitutus coepitis, animi q; cuanuit ardor.  
At si Parca mibi uite modo proroget annos,  
Doctaq; maiores nobis in carmina uires  
Propiciae afflārint Muse, non antè quiescere,  
Quim semel exorsam potero pertexere telam.  
Ille mihi tum sudor erit, factisq; parentis  
Magna etiam nostris accedet gloria scriptis.

Hunc tamen interea, donec maiora paremus,  
 Vultu suscipias tibi conueniente libellum,  
 Primea ingenij nec despice germina nostri.  
 Illa tui uenient claras vulgata sub auras  
 Nominis auspicio: nam rectius ista dicari  
 Quim tibi, cui poterat teneris cum semper ab annis  
 Vixerimus pariter, pariterque adolexiimus ambo.  
 Ac tanto nostros sociarit amore parentes  
 Usus amicitiae, dum uita manebat utriusque.  
 Huc etiam accedit iuuenis charissime, nuper  
 Cum Tartessiacis Cæsar rediuius ab oris  
 Transiret celebrem, quam Dilia perluit, urbem,  
 Quid te cognoui studijs incumbere honestis,  
 Quisque solent Proceres alto contemnere fastus  
 Dulcia Pieridum sectari signa sororum,  
 Et neque pomposa quamvis uerseris in aula  
 Musarum posse auelli complexibus arctis.  
 Macte animi istius iuuenis generose, nec unquam  
 Impetus iste tibi longis languescat ab annis.  
 Nec pigeat præclara sequi uestigia Patris.  
 Omnia uirtutem suadent stimulantque sequendam,  
 Carolus binc toto qui regnat Cæsar in orbe,  
 Cuius ex eis magno de nomine nomen adeptus,  
 Cuius clara tibi conceditur ora tueri,  
 Scu Libyæ frenet populos, scu Turcica pellat  
 Agmina Peonias latè uastantia terras,

# GEORG. ROTAL. EPIG.

Sive petat Belgas, seu qua Sol aureus imo  
Mergitur Oceano bellaces uisit Iberos.  
Illa ex parte mouent exempla domeftica mentem,  
Et Patris, et casta fulgentia stemmata Matris;  
Claraq; imaginibus domus Egmondana uetusq;  
Quae Batavis non est preclarior altera terris.  
Quam si degeneres eterna labe notabis,  
Sed non degeneres animos geris, ardua Virtus  
Cor mouet, et iam nunc primum in flore iuuent  
Olim te magno gesturum digna parente,  
Non contemnendis ostendit Carole signis.  
Hos igitur fucas studiose pectoris ignes,  
Subsidioq; tue naturae munera firma.

Bene Vale. Lipsie sexto Idus Maij,  
Anno ab orbe redempto,

1546.

GEORGII

GEORGII  
ROTALLERI EPI.  
GRAMMATVM  
Liber unus.

Ad Musam.



VO properas ita Musa:  
mane, sic nulla parati  
Inuidiae aut odij causa  
futura tuo es.  
Nec tenebris assueta, seres  
bene luminis auras,  
Vix agri poterunt sum-

finuisse pedes.

In cultam pudeat foribus prodire paternis,

Ab nimium fame prodiga Musa tue.

Non dextrā decorat plectrū, cytharaq; sinistram,

Nec cobibent teneras laurca sertā comas.

Immunda est facies, borrent squallore capilli,

Pallariget turpi puluerulenta situ.

Nec bene Parnassi loca sunt tibi cognita montis,

Quæcunq; Aönij perluit humor equi.

## GEORG. ROTAL.

Sic prodieris solito temeraria gressu,  
Hei mibi quos risus, uerbera quanta feres?  
Fabula per totam iactabere protinus urbem,  
Cogeris Criticas et tolerare notas.  
Alter inornatos laniabit fronte capillos,  
Et rigidam molles impetet ungue genas.  
Alter at in lacero concerpens pectore uestem  
Exacuet lime spicula dura sua.  
Et sibi censuram quis non hoc tempore sumit?  
Audet Apelles as carpere cerdo manus.  
Hec si non metuis, si non tolerare negabis,  
Publica iam fausto per loca perge gradu.

## Psalmus 130. De profundis clamaui, &c.

Sume patres qui sceptra tenes, qui cuncta gubernas,  
Lucida qui nutu concutis altra tuo.  
Respice quam scuis iaceam demersus in undis,  
Pressus ab innumeris ad Styga penè malis.  
Nunc facileis prebe lacrymosis uocibus aures,  
Nec flant uoti uerba caduca mei.  
Si meminisse uoles, altoq; reponere corde,  
Quam mea sit multis noxia uita modis,  
Iam DEVS ab peri, quis enim subsistere posset?  
Sustinet uultus quis pater alme tuos?

Quid

Quim potius, quò te bonitas tua duxerit, ibis,  
 Que mare, quæ terras, quæ replet ampla polos.  
 Quodq; tibi propriū est, tua se clementia prodat,  
 Ignoscas uitæ crima magna mee.  
 Sic melius potero meritos impendere cultus,  
 Et colere insigni nomen honore tuum.  
 In solum siquidem te spes mea tota recumbit,  
 Solus & es uite duxq; salusq; mee.  
 Quare certa meam firmat promissio mentem,  
 Polliciti nec erunt irrita uerba tui.  
 Ut uigil insomnem qui totam ducere noctem  
 Cogitur, expectat dum uenit orta dies;  
 Ut sua iucundo declinet lumina somno,  
 Cum rutilum liquido Sol leuat amne caput.  
 Non secus expecto Dominum in mea uota uocatum,  
 Ut ueniat rebus portus & aura meis.  
 In Domino Israël certe spem pone salutis,  
 Immensa est bonitas & sine fine Dei.  
 Fide, tuum granibus iamiam caput eximet undis,  
 Optatamq; feret commiseratus opem.

Carolo Scenck Baroni à  
 Tautenburg.

Accipe propensam testantia carmina mentem,  
 Carmina adhuc tenera non bene ducta manu.

## GEORG. ROTAL.

Post ubi firma meis actas accesserit annis,  
Musaq; Pegaseas suppeditabit aquas.  
Uberiora tua capies præconia famæ,  
Carole progenies digna parente tuo.  
Donec enim rutilus fulgebit in æthere Titan,  
Fixaq; sub Borco Mænalis ursa polo.  
Dignus es, & studijs semper celebrabere nostris,  
Scripta ferent longos si modo nostra dics.

## In Adulatorem.

Cum uidet Accipitrem repetit sua tecta columba,  
Conspexitq; fugit territa Dama lupo.  
Assentatorum sic quiuis noxia uitet  
Verba, sub Hybleo melle uenena tegunt.

## D. Euerardo Nicolai Senatus Phrysiæ occidentalis præ- sidi dignissimo.

Nuper cum totum uellem me dedere Iuri,  
Dixi Pierides, ite, Valete, Deæ,  
Nil cum Parnasso, nil cum Permessidos undis,  
Castræ sequar rigidilitigiosa fori.  
Iamq; uale dictis Musis & Apolline, nullum  
Præterquam Leges mens agitabat opus.  
Astatit, & quorsum consuetas negligis artes?  
Gratus es Aonio, dixit Apollo, choro.

Te

Te quoq; dira fumes, et amor furiosus habendi,  
 Curaq; fluxarum Jordida fregit opum;  
 Ab pereat studijs finem qui destinat istum,  
 Ultra Sauromatas dedecus illud eat.  
 Non ego sanctorum contemno uolumina legum,  
 Voluere sed paucos, quo decet ore, queror.  
 Malunt præruptas saxoja per aqua rupes  
 Scandere, quam recto tramite tuta sequi.  
 Sic fit ut elusi fallacis imagine questus  
 Dum temerè, stultus quò rapit ardor, cunt,  
 Serius optatam possint contingere metam,  
 Nec titulis faciant æquiparanda suis.  
 Nec tam diratum uiciet dementia pectus,  
 Quim potius facileis me duce carpe vias.  
 Ingenuas sacris coniungas legibus artes,  
 Curaq; sit Graios euoluisse libros.  
 Ethica nec pigeat fonteis addiscere legum,  
 Omniaq; Aonijs ista rigare uadis.  
 Hæc tibi currenti præbebunt lumina, sient  
 Omnia formoso lucidiora die.  
 Ut taceam reliquos quos uexit in æthera fama,  
 Et Viglum Phrysijs spemq; decusq; soli.  
 Hoc iter ingressus legum peruenit ad arcem,  
 Mitia qui patriæ dat modo iuratuæ.  
 Nunc quoq; si qua colit semotis ocia curis,  
 Per iuga Picrio tendit amata gregi.

GEORG. ROTAL.

Barbaricas igitur, monco, relinque cateruar,  
Nomina nec piceat tam memoranda sequi.  
Sic genuinus bonos, nullo sic oblitus fuso  
Gloria te celebri ducet in astra gradu.  
Sic fatus uolucres ubi discessisset in auras,  
Hec misi teneris uerba legenda modis.  
Que precor ut uultu sumas uir clare sereno,  
Et Pylii uides tempora longa senis,  
Ioanni Stigelio eximio poetæ.

Suscipe pacato Vates clarissime uultu,  
Que tibi de sterili munera rure damus.  
Exigue releges iuuenilia carmina Musæ,  
Que sunt ingenij germina prima mæ.  
Nec quia magna tuæ decurrunt flumina uene,  
Par erit exigui spernere fontis aquam.  
Pegasus aërias non quemuis tollit in auras,  
Nec Clario quiuis proluit ora lacu.  
Culmina te Phœbus deducit in ardua montis,  
Aurea qui bifido surgit in astra uigo.  
At nos ruris opes per denia carpinus arua,  
Ut teneræ casias, aut meliloton apes.  
Est tamen exiguis etiam sua gratia, uulgo  
Diligimur, precium dulce laboris id est.  
At seu magnanimi resonas fra Cæsaris arma,  
Maconiden Latio seu facis ore loqui.

Scu

*Seu sacra Pieris connubia uersibus ornas,  
 Seu canis ad querulam carmina moesta lyram.  
 Attonitus sacro quiuis dependet ab ore,  
 Numimaq; intonsi sentit adesse Dei.*

Ioanni Rotallero fratri suo.

*Quam bene conueniunt chari tibi nomina patris,  
 Id puto fataleis sic statuisse Deas.  
 Ingenij quoties frater charissime dotes,  
 Atq; animi reputo singula dona tui.  
 Defuncti uideor simulachra uidere parentis,  
 Quem tu parte tui nobiliore refers.  
 Qui uirtute decus cum summum carpsit ab omni,  
 Nunc gratæ laudem posteritatis habet.  
 Si tua sic nondum Virtus sece exerit, anni  
 Nondum concipiunt talia facta tui.  
 Ut tamen ex primo dignoscimus ungue Leonem,  
 Ex facie talis lucet imago tua.  
 Quare quid maius tibi per mea uota precabor,  
 O animo uerè frater amate meo,  
 Quam tibi ut euenant charo quecunq; parenti,  
 Vitatibi tantis floreat aucta bonis.  
 Et quæ post actæ comitatur funerauite,  
 Candida tam magnum det tibi fama decur.  
 Sic uirtute tua regum mereare fauorem,  
 Et ducibus placas, principibusq; uiris.*

## GEORG. ROTAL.

Sic etiam te uulgas amet, sed deprecor unum  
Hic modo sit melior sors tua sorte patris.  
Ne te tam seuis agitet Dei cæca procellis,  
Sed tua per placidas cymba feratur aquas.  
Quod si forte sua tecum quoq; luserit arte,  
(Erigit illa malos, deprimit illa bonos)  
VI Pater, infracto duros fer pectore casus,  
Hoc tandem ueræ est nobilitatis opus.

## Ad Paulum Roëlsium Medi cinæ Doctorem.

Hospes ab Alcinoo tristis discedit Vlysses,  
Naufragus insanas dum maris borret aquas.  
Sed redditus illi stimulat, minuitq; timorem,  
Coniugis ex patriæ non simulatus amor.  
Sic etiam blando uestri retinebar amore,  
Cùm peterem Boreo regna propinqua polo.  
Sed me Thessiadum settantem castra sororum,  
Musa leui iussit subdere calcar equo.  
Hic ego sepe tui doctissime Paule recordor,  
Rebus ex excepto prospera cuncta tuis.  
Nam cùm sim tanto semper complexus amore,  
Dum tecum uixi, teq; tuamq; domum.  
Utq; parens natum, sic me quoq; semper amaris,  
Atq; animi dederis pignora certa tui.

Piscis

Piscis aquas, simæ fugient saliceta capella,  
 Squallida flauentes oderit ursa fauos.  
 Cùm mihi cura tui tenues uaneſcet in auræ,  
 Quiſuit, in memori corde manebit, amor.

In Οἰλόδικον quendam.

Ocia cùm lautæ ſectaris inertia uite,  
 Et reficiſ ſumpto mollia corda mero.  
 Infidet exangui pallor tibi foedus in ore,  
 Summaq; uix tenuis contegit oſſa cutis.  
 Que fit cauſa rogas? multi mirantur, at ipſe  
 Si cupis expediam, mens mihi nota tua eſt.  
 Mens mibi nota tua eſt, tetro polluta ueneno,  
 Inuidia eſt que te strangulat atq; necat.  
 Ab fruſtra auxilium medica tibi poſcis ab arte,  
 Stulte quid in liquidas ſemina ſpargis aquas?  
 Non te, ſi Stygijs Chiron remearet ab oris,  
 Auxilio poſſet reſtituiſſe ſuo.  
 Talia Pæonios contemnunt uulnera ſuccos,  
 Effugiunt medicam uulnera cordis opem.  
 Liuida ſuffuſas carpit tibi flamma medullas,  
 Et ſucci corpus reddit inane ſui.  
 Lurida ceu cuius conſumit corpora tabes,  
 Ut cera lumen deſiciente perit.  
 Inſtruſ Achæmenijs certantia ſercula mensis,  
 Non poterunt ſumptæ membra ſouere dapes.

# GEORG. ROTAL.

Quicquid edit saniem subito mutatur in atram,  
Quoniam profit nullos sumere posse cibos.  
Sic tua liuifico pereduntur pectora morsa,  
Et nisi mors tanti nulla medela miseri est.  
Viscera liuor edax, alimentaque debita membris  
Deuorat, et dapibus pascitur ipse luis.  
Quatre palloris mirari define causam,  
Hoc etiam macies prouenit orta malo.

## In eundem.

Dum nisi disfidium, dum nil nisi perfida iactas  
Iurgia, et insaniorba dolosa furi.  
Nec ratus esse nefas charos committere fratres,  
Vnanimi soluis corda ligata fide.  
Quis tua non Stygijs agitari corda colubris,  
Et Furiis pectus credat habere Deas?

## In eundem.

Arida dum stimulant rabidi ieiunia ventris,  
Seuus ad innocuum tendit ouile lupus.  
Et studet ut possit, letis dum pascitur herbis,  
Incuspiditum dilaniare gregem.  
At miser haud raro, nimium spe lusus mani,  
Insidijs, alijs quas struit, ipse perit.  
Scis quorsum haec spectat, siq[ue]d te crimina produnt,  
Quae cruciant animum nocte dieque tuum.

Quando

*Quido erit ut sceleris meritas des ipso be poenam?*

*Non fugiunt tacitum talia facta Deum.*

*Vltor ab astrigero quin omnia lustrat Olympo,*

*Et motus animi puniet ille tui.*

*Lenta Dei quamvis, non sunt tamen irrita tela.*

*Pœna tibi gravior, quam mora tardat, erit.*

### Eustathio à Knobbelstorph.

*Tantine te ueteris coepiunt tædia amici,*

*Vt ueniat dextre littera nulla tua?*

*Quò leuis à nobis teneras ausigit im arras,*

*Qui mibi constanti pectori perstat amor?*

*Forte Borussiae inter, fer a nomina, gentes,*

*Aret inexhauste uena perennis aquæ.*

*Hoc mibi si Tripodes, Clarius si dicat Apollo,*

*Vana uidebuntur uerbacarere fide.*

*Ille tibi semper cythara succinclus eburna,*

*Suggerit è Clarijs pocula plena uadis.*

*Causa latet, ueteris te commemini se sodalis*

*Credo, putare aliud suspicor esse nefas.*

*Quicquid sit, plenis ueniant tua scripta quadrigis,*

*Vix animum poterunt exatiare meum.*

*Non sic, si qua diu caueis Philomela retenta est,*

*Optat in absuetum posse redire nemus.*

*Nec sic feruenti quando sitis urget in effu,*

*Cerum ad optatas tendit anhelus aquæ.*

## GEORG. ROTAL.

Quam, mibi crede, tua de sydero carmina Musæ,  
Carmina Phœbæis equiparanda sonis.  
Hanc restinguere sitim, quæ non mediocriter urit  
Pectora, et ut possis scribere, uiue, Vale.

## Ad Mennonem Symonis Anabaptistam.

Si non falsa tua Menno sint dogmata sectæ,  
Si bene cum uera religione quadrent.  
Cur illam media dubitas in luce fateri,  
Quid sic formidas, colloquiumq; fugisse  
Occultas queris tempesta nocte tenebras,  
Dispersasq; procul per loca soli casas.  
Hic rude sub ficta pictatis imagine uulgus  
Ludis, et incantum sub tua iura trahis.  
Insidias anubusq; struis, captasq; colonos,  
Hec cadit in casses obvia præda tuos.  
Define mendaci plebem seducere lingua,  
Vltor adbuc superauuit in arce DEVS.

## Hieronymo Campensi.

IAM ne paras rursus peregrinas uiscre terras,  
O animi iuuenis portio magna mei?  
Quid reliquum est quod adbuc spectes, que regna  
superfunt?  
Quæ gens est que non fit tibi uisa prius.

Gallia

Gallia te uidit, te uidit & Ausonis ora,  
 Quāq; furit rapidis Trimacris Aetna rogit.  
 Scylla tibi audita est Siculo latrare profundo,  
 Quęq; uomit sorptas torta Charybdis aquas.  
 Quin Libycas Afer calcantem uidit arenas,  
 Et dare præcipiti carbas a plena noto.  
 Argolicos habitu per agras militis agros,  
 Incola iam celeri quos Geta lustrat equo.  
 Nunc quoq; Sarmaticis longè semotus in oris,  
 Parrbasio cernis subdita regna polo.  
 O te felicem, ter fausto sydere natum,  
 O nimium superis semper amate Deis.  
 Tanuarias gentes, qui tot confexeris urbes,  
 Nec tua sit trucibus uita petita Getis.  
 Parce tamen cæcæ nimium confidere Diue,  
 Que leuis incertæ nititur orbe rotæ.  
 Sed cur non fidas? ast ut tibi dulcis Apollo,  
 Et uiridi celebreis ex Helicone Deæ.  
 Quoslibet hec à te propulsant numina casus,  
 Seu Syrtis per agras, seu Garamantas adis.  
 Ioanni à Mez nepoti suo.  
 Nunquid adhuc uolupte est solitis insistere curis,  
 Siccaq; Palladijs tingere labra uadis?  
 Macte animi istius, nec te uia tardet euntem,  
 Impediant cupidos aspera nulla pedes.

## GEORG. ROTAL.

Ima uepres, medium cingunt uiridaria montem,  
In summis residet doctus Apollo iugis.  
Huc buc approperes, labor omnia mitigat acer.  
Ex facili rigidos conterit ille rubos.  
Ut sibi mercator peritum congerat aurum,  
Multas feret terra, multa pericla mari.  
Tu modo Pieriae petitur cui fama corone,  
Quae fugiet strigos non peritura rogos,  
Non ita difficilis renues tolerare labores?  
Ast opibus precium gloria maius habet.  
Quod nec opes possunt, nec uitæ stemmata gentis,  
Sola hæc te Claria ducet in astra via.

## Ad Georgium Bicollium.

Sic tenera donec uernant lanugine malæ,  
Contere quæ patro est semita trita pede.  
Vtile frugiferum sic spargas semen in agrum,  
Quod plena latus postmodo falce metas.  
Nec quod opes largo fundat tibi copia cornu,  
Desere dulcisonas ex Helicone Deas..  
Diua leuis semper sine luce uolubilis errat,  
Et tantum stabilis mobilitate sua est.  
Ut facis, bos potius semper tibi collige census,  
In quos illa nihil iuris habere potest.  
Quos poterūt flammæ, nec edax consumere tēpus,  
Qui poterunt mortem post superesse tuam.

Clas

Clarissimo viro D. Francisco  
Sonck, Iuris utriusque  
Doctori.

Clare vir, et doctus perplexas soluere leges,  
Quas Iuris utriusq; habent volumina.  
Cur non Ausonias ierim studiosus in oras,  
Cum sic tamen statutum erat, causam rogat?  
Non ego amicorum iussis parere recusans,  
Terrā remansi in Teutona, absit hoc scelus.  
Sed cum cornigerit tetigisse flumina Rheni,  
Miscet ubi sese uitreis Mogi uadis.  
Mox me constrinxit uiolento compede Febris,  
Emissa Tartareo Furia de gurgite.  
Vixq; minus rapidis mibi torruit aestibus artus,  
Quām premitur igniuomis Gygas Actne iugis.  
Ac ubi destituit languentia fruidus ossa,  
Satisq; flagrans membra coxiisset calor.  
Ut si Caucaseis iacuissent testa pruinis,  
Tanto tremula concubit ossa frigore.  
Hic igitur multas lecto decumbere luces,  
Comites coactum me reliquerunt mei.  
Quid facerem? nec enim longinquum carpere soli  
Plenumq; iter periculis, consultum erat.  
Adde quod Alpinis resoluti in rupibus imbræ,  
Nixq; tepidis liquefacta Solibus recens,

GEORG. ROTAL.

Saxa profecturis superare minantia caelo  
Prohibuerint, et transitum negauerint.  
His igitur mansi, quod me non poenitet, oris,  
Omnigena ubi sic artium studia uigent,  
Ut neq; nunc Latio, priscis neq; cedat Athenis  
Fœcunda doctis Teutonis tellus uiris.  
Nam quantum ualuit quondam uictoribus armis,  
Nunc laude tantum prestat etiam Musica.  
Parcite Romani, ueteres quoq; parcite Graii,  
Germania bac uos antecellit gloria.  
Picridum Phœbus tota stipante caterua,  
Pulsus Getarum barbara tyrannide,  
Firmas Teutonicis sedes delegit in aruis,  
E Græciaq; buc transtulit secum omnia.  
Hic quoq; iam bifido se uertice tollit in auræ,  
Parnassus undiq; lympidis riguus uadis.  
Deniq; cum castis buc migrauere Camoenis,  
Quaecunq; florens habuit unquam Græcia.  
Ipse pater Phœbus quos fert Germania Vates  
Miratur, ipse uirgines stupent Deæ.

Ad Sigismundum Thordam Pan  
nonium Louanio discedentem  
περπολικόν.

Iamne paras animo uir coniunctissime nostro,  
Humida in assuetas uertere uela plaga?

Nes

Nec percepta mouet tantæ te gloria fame,  
     Ut libeat paucos hic remanere dies?  
 Candida nympha sit subducas carba sauentis,  
     Crede ferent parue commoda magna more.  
 Te cupiunt, et amena tua est presentia doctis,  
     In sterili si quos urbs fouet ista sinu.  
 Quisq; tuos inter censi exoptat amicos,  
     Ingenij motus dexteritate tui.  
 Hei quam sunt subitis clapsæ passibus Hore,  
     Dum trabis hac gratas in regione mores.  
 Tempora non solito credo procedere motu,  
     Cur sic Phœbæi nunc procratis equi?  
 Cur per uos tanto fraudatur honore iuuentus,  
     Diliacis tingit que sua labra uadis?  
 Hoc duce Cecropios datur hic lustrare recessus,  
     Et sequimur prompto Deorica castra pede.  
 Fallor: an hic sacri cum sordet gloria Phœbi,  
     Tam magnum nobis inuidet ille decus?  
 Si sic fata uolunt, nec ego tua uota morabor,  
     Nunc tutum felix ingrediaris iter.  
 Pectorc nec memori nostri labatur imago,  
     Omnibus hanc tecum fer precor esse locis.

Francisco Dryandro.

Cœlibe nil melius uita, nil pulchrius extat,  
     Quam castæ decorat uirginitatis honor.

## GEORG. ROTAL.

Si tanen hanc omnes uellent, mox uita periret,  
Quicq; Deum coleret non superesset homo.  
Quo circa ad tædas potius properare iugales  
Conuenit, et socij munera ferre tori.  
Ut tibi substituas uera pietate Tonantem  
Qui colat, et pura monstrat amare fide.

Antonio Morylono suo.

Nunq; adhuc ueteris memor es Morylone sodalis,  
An leuis in stabili pectore cessit amore  
Si bene te noui manet imis fixa medullis  
Cura mei, rapido nec data præda noto est.  
Me dum terra tenet gelido subiecta Trioni,  
Nunquam non potui communissse tui.  
Ceu præsens animo tua semper oberrat imago,  
Estq; tuum nostro nomen in ore frequens.  
Cincta soporiferis cum nox quoq; decidit umbris,  
Te referunt animo somnia grata meo.  
Sepe mihi uideor per opacas querere sylvas,  
Quæcunq; è tenero nascitur herba solo.  
Sepe suburbanos tecum reptare per bortos,  
Et uideor plenos flore referre finus.  
Hic me quas habeant uires, quæ nomina flores,  
Quæq; doces bona sit, quæq; sit herba nocens.  
O liceat ueros coram mibi cernere uultus,  
Quâ secat herbosam flauus Elister bumum.

Ncs

Nos foras nos pariter uiridantia rura uiderent,  
 Fluminaq; & celebris culta Lycae schola.  
 Nec minor hic quam qui Pyladen coniunxit Orcus  
 Pectora perpetuus nostra ligaret amor.  
 At cum diuersas sic semoueamur in oras,  
 Et sra sciunctos uiuere fata uelint.  
 Nitamur uerbis istam lenire dolorem,  
 Et ferat alternas littera crebra notas.

Ludouico Rotallero fratri suo.

Nulla dies abeat frater charissime, quin sit  
 Parua tibi facilis linea ducta manu.  
 Tempore nec quicquam preciosius esse putato,  
 Quod magnum paßum vulgus habere solet.  
 Huic cedunt gemme, cedunt diademata regum,  
 Et quas diuitias alma recondit humus.  
 Nam si diuitias, fortuna munera, perdis,  
 Damna queas multis ista leuare modis.  
 Ast clapsa semel fugit irrevocabilis hora,  
 Iactura haec nullis stat reparanda modis.  
 Quocirca nullum sine fructu transige tempus,  
 Nec temere tantas perditofrater opes.

Alberto à Dienhey�.

Aulica postpositis te sectari ocia Musis  
 Rumor ait, de te littera missa negat.

GEORG. ROTAL.

Non mihi sunt tanti uerboſæ murmura fame,  
Plurima uana refert, credere malo tibi.  
At caue præstringat falsus tua lumina ſplendor,  
Si non ſint animo uulnera facta tuo.  
Attica guſtanti ſapiunt ut mella palato,  
Lotos eꝝ ut dulci grata ſapore, nocent.  
Ut facis Aonias potius complectere Muſas,  
Hæc Alberſe tuis meta teratur equis.

Ad D. Petrum Harlenium apud  
Leonardiam ſumnum diuini uerbi  
præconem, de Georgio Dauid Ana-  
baptistarum omnium furiosiſimo.

Nunquid adhuc David Pbryſijs graſſatur in oris,  
Doctrinaq; ſcrit dira uenena ſuæ?  
Perditus ab quam ſecum trahit ille ruinam,  
Quanta petit Stygios hoc duce turbalacus?  
Cur tam ſœda lues ſuperas contaminat auras,  
Serpit eꝝ in ciues pernicioſa ſuæ?  
Opprime, confundas diuini numine uerbi,  
Quid tenerum Chriſti diſſipat ille gregem?  
Quòd ſi nulla probat diuiniſis edita chartis,  
Si rapit ad ſenſus optima quæq; ſuos,  
Si latos ſacra facit ex pietate coburnos,  
Et torquet ſummi dogmata pura DEL.

Si sibi sic placeat, nec spes nunc ulla supersit,  
     Ad ueram Christi posse redire uiam,  
 Quid facit officium lenti cessare Senatus,  
     Cur non pestiferam tollit ab orbe lucem?  
 Hec mandata illi est à summo cura Tonante,  
     Ut plectat fontes innocuosq; tegat.  
 Si rigido ceruix præciditur ense latroni,  
     Si fur probrosum de cruce pendet onus.  
 Quorum alter saeuo corpus mucrone peregit,  
     Clam trepidus fluxas sustulit alter opes.  
 Cùm simul hic animū cū corpore mittat ad Orcū  
     Heu quo suppicio, qua nece dignus erit?  
         Ad Franciscum Dryandrum.

Vade salutatum properè mea Musa Dryandrum.  
     Quem tulit Hesperio Castilis ora solo.  
 Quid stas? quin agili mea pectorc dicta capessis?  
     Quar es, quam soleas, officiosa minus?  
 An metuis longas ne nunc mittaris in oras,  
     Quā sol occiduo mergit in amne caput?  
 Et cum non æquis didicisti gressibus uti,  
     Non parsis, media deficiasq; uias  
 Pone superuacuum, non hinc abitura, timorem,  
     Quem petis, hic ista ducit in urbe moram.  
 Cùm foræ contigeris summo confinia templo,  
     Ducet in illius recta platea domum.

GEORG. ROTAL.

Illa stat (ut noris) Bistane proxima porte,  
Quam uagus irriguis Dilia pulsat aquis.  
Te cupid ut cythrum, præruptaq; saxa capella,  
Ut thyma Cecropiæ, seu Meliloton apes.  
Ut tu nectareos cuperes haurire liquores,  
Bellerophontæus quos pede fudit equus.  
Quid tollis uultus, pedibus quid ludis iniquis?  
Plus æquo quare nunc tibi stulta places?  
Anne quòd ille tuos exoptat cernere uultus,  
Qui citò Piëria nomen ab arte feret?  
Pone supercilium, uesanos comprime gestus,  
Quæ uenit indignis laus, odiosa uenit.  
Non hæc iudicio ueniunt deducta sereno,  
Quod facit, immodico ductus amore facit.  
Sic solet amplexi deformes simia factus,  
Sic catulos lambit Pannoris ursa suos.  
Quocirca postbac tu dñe modestior esse,  
Rustica præclaris ne videare uiris.  
At quas nunc dixi properè te confer ad ædes,  
Et uiridit teneras fronde r cuiusce comas.  
Solaq; ne uenias alia comitata sorore,  
Defer ad Ausonianam carmina facta lyram.  
Perlege dic animo iuuenis gratissime nostro,  
Missa tibi teneris carmina facta modis.  
Multæ leges quæ te forsitan legisse iuuabit,  
Quilibet exemplū hic quodq; sequatur babet.

Mutius

Mutius Hetruscos ut proruit acer in hosteis,  
 Liberat ut patrios obsidione focos.  
 Nec metuit dextram stridentibus urere flammis  
 Ut possit patriæ consuluisse sua.  
 Sic quoq; pro patria, pro religione tuenda,  
 Nos decet intrepida bella mucere manu.  
 Saxe, feras, ignes, strictum contemnere ferrum,  
 Ut patriæ sanctus non uioletur honor.  
 Hec ubi pertuleris charo ualedicito amico,  
 Et repetas patriæ limina nota domus.

Ad Phyllidem cui speculum do-  
 no mittebat.

Quæ tibi Phylli damus facili precor accipe fronte,  
 Parua simul discas quid sibi dona uelint.  
 Pulchra tibi facies, nisi sis quoq; mente polita,  
 Iam decus ab formæ concidet omne tuæ.  
 Quare cùm speculi nitida sub imagine cernes  
 Et decus eorum formæ munera tanta tuæ.  
 Cura sit ut pulchris animum quoq; moribus ornas,  
 Non decet hanc facie degenerare sua.  
 Parce tamen nimium fragili confidere formæ,  
 Ut rosa, sic minima deperit illa mora.  
 Illa cadit morbis, tremulaq; ætate senectæ,  
 Post rapidos Virtus permanet una rogoz.

GEORG. ROTAL.

Sybarita.

Non mibi magnifici curæ est opulentia Croesi,  
Flava nec ex opto diuitis æra Myda.

Non ego magnorum cupio diadema regum,  
Lataq; honorata sceptrat tenere manu.

Cum sceptris ualeant torquentes pectora curæ,  
Plena uoluptatis mea uita iuuet.

Martis opus ualeat, qui tristia concutit arma,  
Qui uocat armatos ad feruella uiros.

Non mibi iucundum est gelidis recubare sub astris,  
Asperacum niueo uertice saeuit hyems.

Aut Solis radios, aut æstum ferre flagrantem,  
Icarius siccis cùm canis urit agros.

Quin potius teneris operam nauare puellis,  
Et iuuet in molli delituisse finu?

Tutius est blanda Veneris certare palestra,  
Grataq; Threiciae fila mouere lyre.

Martia quam ualidis torquentem tela lacertis,  
Pectora in aduersos obuia ferre uiros.

Bella iuuent alios, borrentiaq; arma sequantur,  
Ipse sequar dominæ dulcia signa meæ.

Cingite odorati mea tempora, cingite flores,  
Sccta libet nitidis imposuisse comis.

Nunc placet unguentis perfundere corpus odoris,  
Quæ fert assiduo Sole perustus Arabs.

Nunc

Nunc bene uiuamus, genium curemus, amores

Adfint, *huc dulcis tu quoq; Bacche ueni.*

Te semper primis ego sum ueneratus ab annis,

Et tua dum uiuam numina Bacche colam.

Hinc procul, hinc tetrica discedite fronte Catones,

Non facit ad nostrum ruga secura chorum.

Adueniant teneri<sup>q;</sup> sales, blandi<sup>q;</sup> lepores,

Turbaq; ad urbanos ingeniosa iocos.

Hoc sic purpureus dulci cum matre Cupido,

Hoc iubet Idalijs Gratia compta rosis.

Sunt bodierna mibi non crastina tempora cure,

Fors stabit uacua cras mibi Parca colo.

Nil tibi uel firmum, uel pollicare beatum,

Omniamors rapido proterit atra pede.

Quare uiuamus dum commoda tempora dentur,

Scimus ab infestis nil superesse rogis.

Qui sine delicijs nullas male transiget horas,

Iudicio recte sentiet ille meo.

### In Beraldum quendam auarum.

Cur tantis miser enecare curis,

Cur auro nimis aggregando tempus,

Quo nil est melius, Beralde perdiss;

Noctes atq; dies pecuniarum

Delectus sine supputas aceruos,

Congestosq; manes in aere pauper,

# GEORG. ROTAL.

Illi sic inhibas, ut haud recedas  
Primum quim aliæ negotiorum  
Te curæ reuocent, ciboq; sepe  
Præmigno studio soles carere.  
Et cum ditior alter haud in urbe  
Sit quisquam, tamen hic tenere nemo  
Te posset miseri data lucri spe.  
Non iram rabidi times Leonis,  
Latronisq; feri manus cruentas,  
Non horres tumidas maris procellas,  
Cum canis furit atra hyems pruinis,  
Vndas cum notus eruit profundas.  
Quem deniq; despicis pericla.  
Sic nunc te male suada uexat auri  
Non explenda fames, premens auâram  
Excæcat sitis ex cupido mentem.  
O inquis rutilum, micans scerenum,  
O aurum columen meumq; numen.  
Quid? num suffugiturus atra mortis  
Nunc insane tibi uidere telæ  
Nil tecum poteris pecuniarum  
Nil auristygias miser sub undas  
Asportare, sed ut solutus ista  
Vita, per fluum ucheris atrum  
Nil es diuitior futurus Iro.  
Non Rex, non hominum Beralde quisquam,

Quamvis

Quamvis Imperium polos ad ambos  
Extendat, sibi subiugetq; mundum,  
Postquam functus erit dic suprema,  
Thesauris poterit frui beatis.

Sub terra tenui quiescet urna,  
Quæ tunc illius haud potest uocari.  
Cur tantis igitur necare curis,  
Cur auro nimis aggregando tempus,  
Quo nil est melius, Beralde perdis?

### De Podagra.

Curarum Bacchus domitor de Cypride prolem  
Sustulit, huic Podagre nomen uterq; dedit.  
Membra Venus soluit, soluit quoq; mèbra Lycus,  
Quid mirum est eadem si quoq; nata facit?

### Vlciscendorum inimicorum ratio.

Vt lèdas hostem furiosa quid induis armæ  
Horrida sanguinea reiçce tela manu.  
Si cupis ulcisci, pectus uirtutibus orna,  
Non alia melius leditur hostis ope.

### Philostrati Epistola ex Græco translata.

Quòd tibi, nūc querula me dānas Cyntbia noce,  
Non misit teneras, uere tepente, rosas.

# GEORG. ROTAL.

Nil ego peccavi, nec tu mibi uilior equo es,  
Qui solet, in capto pectore perstat amor.  
Sed dum diuinam mecum consydero formam,  
Flore tuo nitidas conspicor esse comas.

Atq; ita cum proprijs diues sis dotibus ipsa,  
Non opus ascitis sum ratus esse rosis.

Floribus Oeniden Vates ornauit Homerus,  
Natiuum dederat cui sua forma decus.

Sed neq; Peliden, nec inique fortis Atriden,  
Nec proprio quisquis munere diues erat.

Nil opus externis, sat te bona propria laudant,  
Te decorant uultus pulchra figura tui.

In uida planta rosa est, subito marcescit, ex illi  
Quam citò, quod fuerat, deperit omne decus.

Adde quod ex tristi dicatur origine nata,  
Testis erit Phœnix, Cypria testis erit.

Nam Cytherea rosea cum uellet carpere florem,  
Spina nimis teneram lesit acuta manum.

Cypris ait, retine nostri monumenta cruoris,  
Sic quoq; purpureo tintita crux manet.

Temporane fuso decoremus pulchra crux,  
Vitclus florem quem fugit ipsa Venus.

## De Lacone quodam ex Græco.

E pugni quidam compulsus uulnere cedens,  
Abiicit e manibus scuta cruenta suis.

Ae

At socios etiam cùm uertere terga uideret,  
Aptauit fessas ad fera bella manus.

Tendit in aduersos quamuis male saucius hostes,  
Et tali socios increpit ore suos.

Quid cedis male fida cohors? quid vulnera uitae?  
Quàm fugere, infestam prestat obire necem.

### Querela Andromaches de imperfecto Hectore ex Libanio Sophista.

Me miseram male quod timui nunc accidit, Hector  
Non uoluit nostras pondus habere preces.

Nunc uidet haud semper uanum quod foemina dicit,  
Ah dederam monitus corde fauente pios.

Quò ruis ô coniunx, dixi, charissime coniunx?  
Parce tibi, exitium mens generosa feret.

Hoc Hecube, rogit hoc uxor, quin parvulus infans  
Ad patrias tendit brachia parua genas.

Ule nihil, uilem sed duxerat esse salutem,  
Pro patrijs uoluit fata subire focis.

Ergo iacet manibus seu iugulatus Achillis,  
Hei mors quàm multis flebilis illa fuit.

Hei quàm fata grauem secum traxere ruinam,  
Fata nimis Phrygio perniciofa solo.

Concidit urbs, Priamusq; parés, Hecubeq; fratresq;  
Hic mecum Astyanax occubuitq; puer.

# GEORG. ROTAL

Ille tuebatur uictri*mœ*ia dextra,  
Post hac optatam quis feret alter opem?  
Omnia disperiēre, et me infelicior extat.  
Iliacas inter foemina nulla nurus.  
Hic u me quām subito celebri priuauit honore,  
Voluitur incertis que Dea nixa rotis.  
Dardanios inter proceres materq; paterq;  
Nec minimum frates obtinuerē locum.  
Quidq; fuit summum dicebar et Hectoris uxor,  
Qui ualida uicit multa trophæa manus.  
Bello erat ille ferox, et sepe progressus ad arma  
In trepidam uertit Dorica terga fugam.  
Spectab*ix*, pariterq; omnes dixerē beatam,  
Hectoreo fueram quod benē nupta toro.  
Sic igitur seros felix fortuna per annos,  
Me sequi ad extremos debuit usq; rogos.  
At non permisit nimium truculentus Achilles,  
Quem tulit in luctus cerula Diua meos.  
Aetiona patrem Stygias demisit ad undas,  
Et fratres seu tradidit ille neci.  
Ille meam fædè matrem seruire coēgit,  
Que prope nunc tacitas umbra uagatur aquæ.  
Et licet hæc poterant mala non toleranda uideri,  
Tu tamen ærumnis mite leuamen eras.  
Omnia prætabas unus quibus orba uidebar.  
Tu uir, tu genitor, tu mihi frater eras.

At nunc indigno soluisti funere uitam,  
 Et nos hic omnes tristis fata manent.  
 Perdimur heu rapimurque instant discrimina saeva,  
 Iam Graius Phrygias ignis aduret opes.  
 Roranteis Phrygio uideor mihi sanguine campos  
 Cernere, iam ciues sub iuga fœdi trahi.  
 Stuprari teneras nullo prohibente puellas,  
 Legitimi rumpi fœdera pacta tori.  
 Ante oculos gladijque truces, flammæque uagantur,  
 Non lux, non adimit nox mihi cœca metus.  
 Cessasti ut saeva pro portis edere pugnas,  
 Argolico cœpit Troia patere duci.  
 O puer ab miserande puer, iam forte prehensum  
 Ad turrim indignè te ferus hostis aget.  
 Marte pater saevus fuerat, tu pendere pœnas  
 Cogēris, uite portio magna mea.  
 Atque utinam rigido uitam mihi finiat ense:  
     Vnde sed ô rebus tam bona fata meis?  
 Victorem captiuas sequar, seruire iubebor,  
     Et minuent nostræ grandia pensa manus.  
 Perpetiar plagas, scissis lugebo capillis,  
     Vitaque per lacrymas est peragenda mihi.  
 Nec scio num hostileis unquam uentura sub oras,  
     Infausto tangam rura Pelasga pede.  
 Mox quoque quis dubitat? Phthij cui nota libido est,  
     Hoc mihi sollicito concutit osseum.

## GEORG. ROTAL.

### Ex Græco Μεσικίσ ἡ τἀττωνός.

Cypriasi Musis, ni numina nostra colatis,  
Aligeri, nymphæ, tela timete Dei.  
Sic Musæ, lepidis Martem Venus excipe dictis.  
Nil facies, in nos non uolat iste puer.

### Ex Græco Λεξίσ.

Laudantur Thraces quòd cùm foret editus infans  
In lucem, lachrymis ora rigare solent.  
Rursum censemebant illum tunc esse beatum,  
Inijceret subitas cùm fera Parca manus.  
Nam uarij semper casus uiuentibus instant,  
Mors uenit innumeris certa medela malis.

### Ex Græco Τὰ περιάδαι.

Anceps nauigium uita est, iactamur in illa,  
Ut solet æquoreis naufriga puppis aquis.  
Lubrica sed uite cursum fortuna gubernat,  
Dum facimus dubias per freta longa uias.  
Hic habet aduersos, uentos habet ille secundos;  
At sub humo portus omnibus unus erit.

### Ex Græco Τὰ ἀμυαγοῦ φύσις.

Macronem in æstu paruulum,  
Cùm forte somno languidus  
Sub fronde dormit et latens,

# EPIGRAMMATA.

9

Debuit hæc, quamvis uidaris ducere parui,  
In primis anumum cura mouere tuum.  
Nec bene seruantur per iniquas parta rapinas:  
Ut male queruntur, sic lacerantur opes.  
Si uisa est multos felix tua uita per annos,  
Viuit adhuc dubiae quæ stat in orbe rotae.  
Fabula nec curas tota lactaris in urbe,  
Scommate te turpi fœmina uirq; petit.  
Adde quòd eꝝ quiuis digito designat euntem,  
Atq; ait: hic auri est quem malus urit amor.  
Quòd si forte euum tranquilla per ocia duces,  
Corrasas heres dilapidabit opes.  
Talis erit finis tantorum Battæ laborum,  
Turpia successu lucra carere solent.  
Quid sis facturus si forsitan Battæ requiris,  
Perlege quæ breuibus sunt tibi scripta modis.  
Quod tibi, quod soboli, charisq; nepotibus una,  
Et decus eꝝ magnas accumulabit opes.  
Principio studeas claram relinquere famam,  
Nil illis melius nobiliusue uenit.  
Pondera differeunt fului preciosa metalli,  
Gemmaq; in Eois quam legit Indus aquis.  
At laus eximiaq; decus memorabile famæ,  
Euadunt audios non peritura rogos.  
His queruntur opes, nullo mercabilis auro  
Venit ab ingenij fama paranda bonis.

# GEORG. RÖTÄL

Adde quod et reprobis uultu Deaceca sereno  
Sepe dat, et magnas suppeditauit opes.  
Fama bonos solum nitidis amplectitur alis,  
Reddit et eternum, præmia magna, decus.

## Ad Iacobum Zagarum.

Ingenio facilis cum te natura beauit,  
Lubrica nec largas Diua negauit opes.  
Ut facis ingenuas complectere gnauiter artes,  
Numinaq; Aonij iam tibi nota chori.  
En tibi odorata Lauri de fronde coronam  
In Clarijs nec sit turba nouena iugis.  
Huc celeres moucas gressus, hanc percipe laudem,  
Post erit exequias clarior illa tuas.

## Ex Graeco Φανάρι.

Contecto nascuntur Apes ex corpore tauri,  
Exanimi Vespæ progenrantur equo.

Stephano Zyrlero Bauaro opti  
mo musico, εις τὰ ἔγκαιια  
Louanienfia.

En Bacchus tota regnat male sanus in urbe,  
Numina nunc cuius fœmina uirq; colit,  
Limina nunc plateæq; sonant, et compita, Liber  
Autor lœticiae nunc bone Liber ades.

Lætantur

In antra mus traxit pede:  
 Somno solutus, præ metu  
 Ut gramen aura quod mouet,  
 Toto tremebat corpore,  
 Clamore concitat specum:  
 Luctans sed hostem cùm nec<sup>t</sup>  
 Dediſſet, aduersarium,  
 Inquit, peremi nunc grauen.  
 Et gestiens pelle exuit,  
 Mox & superbus hanc suo  
 Accommodauit corpori.  
 Et iunceam clauam tenens,  
 En, inquit, alme Iuppiter  
 Nunc alter Hercules adest.

### In quendam ἀνθρώπῳ.

Siccine perpetua celebrandam laude poëſin  
 Configent linguae ſpicula ſæua tua?  
 Quo tandem usq; feret Stirps hoc Latonia monstru,  
 Et pariter Charites Pieridesq; Deæ?  
 Cur ſtudium damnas, à quo ceu fonte perenni  
 Comoda uix ulli pernumeranda fluunt?  
 Qmneis certatim docti quod laudibus ornant,  
 Qui clarum toto nomen ab orbe ferunt?  
 Fallimur? an turba quoq; tu numeraris in ista,  
 Inuidia que quod non didicere premunt?

# GEORG. ROTAL.

Parce uenenata conuicia dicere lingua,  
Parce, Deus studij tutor Apollo sui est.  
Aut uitam uulgabo tuam moresq; nefandos,  
Et Clarij uires experiere Dei.

## In Battum fœneratorem.

Batte quid es tantum cumulando deditus auro?  
Iam tibi canicies inficit alba comas.  
Num te Nestoreos uicturum credis in annos?  
En Libitina tuas pulsat acerba fores.  
Non potes ad stygios aurum subducere manes,  
Nil Iro Phrygij est ditior umbra Mydae.  
Non mibi, sed paruis hæc colligo prolibus, inquis,  
Quim etiam hæc summo cura probata Deo est.  
Has committe illi qui nutrit, & omnia seruat,  
Qui teneris uiridem floribus ornat burnum.  
Qui uolucres liquidum pascit per inane uolantes,  
Destitui prolem non sinet ille tuam:  
Haud ingrata foret supremo cura Tonanti,  
Iusticia tante si cumulentur opes.  
At tu posthabit is superis per fasq; nefasq;  
Immensas turpi fœnore cogis opes.  
Hei mibi quam cæcis tua corda sepulta tenebris,  
Non cernunt quantum fœnera crimen habent.  
Namq; ego quid referam, quod nosti rectius ipse,  
Quam non sit summo res toleranda Deo.

Debit

*Hoc igitur nostro pellatur ab ordine monstrum,*

*Quo non est toto peior in orbe lues.*

*Musica difficiles abigat de pectore curas,*

*Et uarios reddant organa mota sonos.*

*Dulcis & effundat sociales fistula cantus,*

*Sic fas est bilarem concelebrare dicim.*

*Gratia sic aderit gemina comitata sorore,*

*Sic aderit sumpta flauus Apollo lyra.*

*Pectora sic Papbijs nec erunt obnoxia telis,*

*Purpureus furtim que iaculatur amor.*

*Nec caput besternus grauidum torquebit Iacchus:*

*Crapula nec tremulas stringet incepta manus.*

**Annus quo Carolus Cæsar Duram expugnauit literis designatus.**

*Carolus æquoreis quòd non est piscibus esca,*

*Clade tua patuit iam tibi Dura satis.*

**Aliud.**

*Carolus ut periit uesanis Cæsar in undis*

*Nunc nosti, ô damno Iulia docta tuo.*

**Aliud de uastatione Brabantiae  
à Martino Rossio.**

*Siccine frugiferos nullcū; uetante per agros,*

*Callidus indomito Rossius ense ruet?*

**Aliud de Ganda.**

# GEORG. ROTAL.

*Lenijt ut Cesar ciuiles Carolus iras  
Subditur infami libera Ganda iugo.*

Lamberto Hario LL. Doctori.

*Quæris ut Arctoa placeant mibi regna sub axe,  
Hic ubi per uirides serpit Elister agros?*

*Omnia succedunt pro nostris prospera uotis,  
Nescio quo regio me tenet ista modo.*

*Quæq; mibi fuerant uestris iucunda sub oris,  
Sordescunt animo uilia facta meo.*

*Non ego lauticias nec opimæ fercula mensæ  
Deliciasue moror Belgica terra tuas.*

*Illa alios moueant, uentris quibus unica cura est,  
Nos alienam Phœbus suadet inire uiam.*

*Omnia uilescunt, uestri me cura remordet,  
Isthic Thesæus quos mibi iunxit amor.*

*Sæpe ego, què uestros liceat mibi cernere uultus,  
Colloquioq; frui, Dædalus esse uelim.*

*Aut agilem æthereas currum librare per auras,  
Mopsopiam petijt quo fera Colchis humum.*

*Sed desiderium uestri mibi lenit Apollo,  
Clarus ad æquoreæ littus utrumq; plage.*

*Nam seu Cecropijs intendat carmina neruis,  
Seu feriat Latiae fila sonora lyrae.*

*Tunc ego non homines inter mihi degere, uerū  
Vel summo uideor proximus esse loui.*

Alexandro

Lætantur curuiq; senes, teneræq; puellæ,  
   Quicquid inest animo triste, fugare student.  
 In seram fistiu a trahunt coniuia noctem,  
   Et iuuat apposito per uigilare mero.  
 Pars cum formosa sermones cedit amica,  
   Lasciuos miscens ad sua uerba iocos.  
 Pars dicit socias ad mollia plectra choreas,  
   Vno Nyctileus personat ore pater.  
 Sic alij dirum refrunt sub pectore vulnus,  
   Quod uolucris fixit matre iubente puer.  
 Et repetunt alij titubanti limina gressu,  
   Ogygio uires eripiente Deo.  
 At tu præcipuos inter mihi chare sodaleis,  
   Qua fallis longas nunc ratione moras?  
 An te dulcisonis operantem sacra Camœnis,  
   Detinet in casto Calliopeia sinu?  
 Define, iam studijs opus est imponere frenum,  
   Hoc festum, hoc ratio temporis ipsa iubet.  
 Vndiq; nam lætis resonet cum uocibus æther,  
   Festus et in tota perstrepat urbe dies.  
 Orgia conueniet quoq; nos celebrare Lyci  
   Numina contemni nc sua forte putet.  
 Nam solet hunc semper uarijs affligere poenit,  
   Cui sua, que non uult, numina spreta uidet.  
 Testis Echionides manibus disceptus amicis,  
   Testis et absciso crure Lycurgus erit.

## GEORG. ROTAL.

Addit quod & soleant illum celebrare Poetae,

Atq; sit Aonij pars quoq; magna chori.

Quare ubi Sol medio cras declinabit ab axe,

Et dederit numeros hora secunda suos.

Suebtenio uestras ueniam comitatus ad aedes,

Ille sodalicij duxq; comesq; mei est.

Sed tamen ut noris luuenis charissime nostros

Quo positis animos exhilarare modo.

Quiue diem celebres ad uestros uecta penates,

Imparibus uenit nuncia Musa rotis.

Non statues liquido spumantia pocula Baccho,

Non animus plenos est uacuare cados.

Haud decet hoc Phæbi cultores uiuere ritu,

Sobria qui Clarijs ora rigamus aquis.

Quod decet Aonidum sectantes signa sororum,

Ornatum uario flore reuince caput.

Dulcia contextis redimas Musæa corollis,

Suppositum uiridi spargito fronde solum.

Sis procul Ebrietas tremulo teterrima uultu,

Turpis & innumeri fons & origo mali.

Vtq; animi taceam quod tollas foeda uigorem,

Quod tantum studijs ingenijscq; noces.

Corporis encruas uireis, compellis & ante

Legitimam Parcas rumpere fila dicm.

Eumenides stygijs te progenuere sub antris,

Et geris implicitas angue minante comas.

Hoc

## Alexandro Suchtenio.

Iam senos iunctis compleuit cornibus orbes

Plenaq; noctuagis Cynthia fulsit equis.

Carmina cum primum rudibus resonantia plectris  
Legitima misi conditione tibi.

Scilicet ut quando peterem, & tibi lecta fuissent,  
Mandares nostros rursus adire lareis.

Quin promissa facis? quid spe frustraris amicum?  
Quid crucias lentis pectora nostra moris?

Nonne pudet uana mendacia fundere lingua,  
Addere & aeternos in tua uerba Deosse

Impia nec metuis ne dent periuria fœnus,  
An credis rapidos irrita ferre notos?

Ne fallare caue, pietas sua fœdera seruet,  
Noxia periuros damna manere solent.

Iam satis infestas pavuerunt carmina blattas,  
Carmina deformi puluerulenta situ.

Quare (si sapias) primo quoq; tempore manda,  
Ut repetant domini tecta propinquas.

Sic tibi qui facilis donat nunc carmina uena,  
Extremos faueat Phœbus ad usq; rogos.

In Querelam Pannoniæ ad Germaniam à Paulo Rubigallo scriptam.

Perlege Pannoniæ miserias Germania clades,  
Mœstaq; languenti herba notata manu.

G E O R G . R O T A L .

In sua conqueritur grassari uiscera Turcana;  
Omnia crudeli qui loca cæde replet.  
Qui patrios sœ lat natorum funere uultus,  
Qui teneras Christi diripiit hostis oueas.  
Aspice quam tristi suffpiria pectore dicit,  
Immites possent illa mouere feras.  
Aspice Pannonio stagnantes sanguine campos,  
Atq; cidaueribus squallida rura suis.  
Tristis i de se te tangant te fata sororis,  
Auxiliatrices fer miserata manus.  
Nox Mahometigenæ ducetur scrua Latronis,  
Si modo quam debes, ferre graueris opem.  
Heu ubi nunc uirtus Latios que contudit hostes,  
Vindice que peperit clara Trophæa manus  
An nunc imbellis contra iacet illa tyrannum,  
Quilaniat summi scuus ouile Dei?  
In ueteres consurge ferox Germania uires,  
Quis tua nunc mollis pectora torpor habet?  
Fortia cum moesta coniungito castra sorore,  
In trepidam uertes Turcica terga fugam.  
Pannonia Scythicum Germania depulit hostem,  
Accedet titulis hæc quoq; fama tuis.  
Si renuas simili uereor labefacta ruina,  
Ne decus amittas nominis omne tui.  
Græcia si gelidum Thraces iuisset ad Hæmum,  
Non daret in fundo colla premenda iugo.

Quare

## EPIGRAMMATA.

Quare ne dubita fessis succurrere rebus,  
Iam decuit longas pondus habere preces.  
Hoc soror, hoc optat magnis Ecclesia uotis,  
Huc tua te uirtus, claraq; fama uocat.

### Ad Paulum Rubigallum.

Magna quidem laus est, et nomine digna perenni,  
Aſpera pro patrijs arma mouere fociſ.  
Non minor, ingenium patriæ conſerue iuuande,  
Iustaq; Pieria bella ciere tuba.  
Pæonis ora iacet diro ſubiecta Tyranno,  
Et premitur uarijs exagitata modis.  
Nec niſi tu quiſquam ſtudijs addictus honestis,  
In tam difficiſi tempore præſtat opem.  
Id bene cùm facias meritò celebrariſ bonore,  
Et ſummo pietas eſt tua grata Deo.

Aut ſocia arma feret citius Germania pugnax,  
Aut ferò lentaſ eſt dolitura moras.  
Ut res cunq; cadat, patriæ decus eſſe fereris,  
Non manet ingenium gloria parua tuum.  
In hominem diuitem, ſed ſordi-  
dum, Ex Græco.

Te diuitem quiuis uocat,  
Atqui te ego prorsus puto  
Mortalium pauperrimum:  
Nam diuites uſus facit.

# GEORG. ROTAL.

Vtire si tuis, tua  
Flunt, at heredi tua  
Scruare si decreueris,  
Aliena iam facis tua.

## In blandum quendam obtre- ctatorem.

Dux ille prudentissimus Vatum omnium  
Nullisq; Homerus sat canendus laudibus,  
Non hic minore dignus est, inquit, odio,  
Qui subdolus aliud premit sub pectore,  
Sermone sed promit aliud, quam regia  
Plutonis obscuri domus. quate putas  
Scelestè tandem obnoxium poena fore?  
Qui blandus es coram mibi, sed impiè  
Traducis absentem, simulantes seris  
Iunctissimos inter & amicos optimos?  
Aliud studes nibil, id opus tibi proprium est.  
Non una Erinnys pectus obfidet tuum,  
Sed quicquid usquam tres sorores anguum  
Vel uiperarum colligunt, his te mouent,  
Indunt furorem liuidis præcordijs.  
O quas mibi scelestè quas paenas dares,  
Ni Christiana charitas nunc impetum  
Læsi coærceret animi, tantum tibi,  
Ne blandus ut sis amplius, denuncio,

Animumq;

Animumq; fucatum geras, aut sis mihi  
Amicus, aut hostis, nihil medium uolo.

## In Philobardum.

Sepe Cupidineis quereris Philobarde sagittis,  
Torqueriq; fero pectus amore tuum.  
Pharmaca nequicquam medicatibi poscis ab arte,  
Reiciunt talem vulnera cordis opem.  
Paupertas t. in dem restriguet pectoris aestum,  
Cum male ian patrias dilapidariis opes.  
Si minus immutat quod alterat omnia tempus,  
Ardoris ueniet certa medela tui.  
Quid si nec longi tempus tibi finiet eui,  
Sollicitilaqueus finis amoris erit.

## Hieronymo Cainpensi suo.

Que nos fata uetant ijsdem consistere terris,  
O nimis in luctus officiosa meos?  
Optauit quoties summis Hieronyme uotis,  
Ut licet tecum uiuere et esse simul.  
Te duce Pierios ut possem uisere colles,  
Molliaq; Argolicis labra rigore uadis.  
Magnaq; que fuerat uacuas spes iuit in auras,  
Misni ut est nuper terra relicta tibi.  
Quid fieri? precibus cum pugnant sydera nostris,  
Est mihi cura tui, sit tibi cura mei.

GEORG. ROTAL.

In Gandam.

Inclyta qui spectas antiquæ mœnia Gandæ,  
Mœnia vicinis inuidiosa locis.  
Arma quid h̄ic pariter possint ciuilia discas.  
Qui turbent summo maxima quæq; gradus.  
Quæ potuit septem regum circundata signis  
Lucidae uictrices tollere ad astra manus.  
Quæ eq; alijs semper uiguit dominata, nec unquam  
Præbuit ancipiti colla premenda iugo.  
Perpetuò celebres quæ duxit ab hoste triumphos,  
Dum status incolumis sorsq; benigna fuit.  
Illa sedicio terrendo turbida uultus  
Perdidit, atq; armis obruit atra suis.  
Squallida nunc ueteri premitur uidiuata decore:  
Heu ubi nunc uirtus, altaq; sceptra iacent?

Querela Ionaë Prophetæ.

Tempore quo iacui fatis agitatus acerbis,  
Et premeret rigida sors uiolenta manus.  
Ad Dominum mœsto fudi de pectore uoces,  
Et iuſſit querulas pondus habere preces.  
Clamaui Stygijs penitus demersus in antris,  
Et facili questus audiuit aure meos.  
Aequoris immensas abs te projectus in undas  
Delitui, rabidis undiq; cinctus aquis.

Turbina

## EPIGRAMMATA.

18

Turbinibus pressusq; tuis, tristisq; procella  
Sorserat hoc fluctus Oceanusq; caput.  
Hei mibi dicebam mi' ero quid deniq; restat,  
A facie abiecit me DEVS ipse sua.  
Non ego quâ fulgent Solymæ moenia gentis  
Conficiam templi culminis sancta tui.  
Quæ mibi spes uitæ: ua'tum circundedit æquor,  
Contegit alga caput, tristis abyssus habet.  
Visceribus fueram terræ submersus in imis,  
Meq; profunda sua mole premebat humus.  
Attua nunc bonitas me fauce reduxit ab Orci  
O Deus ô uitæ spesq; salusq; meæ.  
Cum deploratus tenui uix pascerer aura,  
Et propè iam uitæ spes mibi nulli foret.  
Tum mibi tum bonitas subiit tua, qua benè fretus  
Abs te sum querula uoce precatus open.  
Ad tua uenerunt lacrymosæ templo querelæ  
Quâ procul hinc Solymæ moenia clara patent.  
Qui sibi confidunt et res sectantur manus,  
His summi bonitas excidit alma Dei.  
Sacrificabo tibi meritæ præconia laudis,  
Hec tibi supremo uictima grata Deo est.  
Proq; salute mea Domino pia uota rependam,  
Dux manet hic uitæ præsidiumq; meæ.

# GEORG. ROTAL.

## De diuina prouidentia & amore erga genus humanum.

Tantane peruersas agitat uesania mentes,  
Res curae humanas ut neget esse Deo?  
Talia quis quæso furor est audere fateri,  
Non homini, summo nec toleranda Deo?  
Prouida munifici moderatur cura Tonantis,  
Quicquid habet tellus, quicqd Olympus habet.  
Quid dubitans bæres? crudelem respice coruum,  
Deserat implumis ut fera mater aves.  
Auolat ut leui pullos exclusit ab ovo,  
Hac cura foetus tangitur illa sui.  
Quid faciant miseri? quò se tueantur egræ atram  
Latranti poterunt pellere uentre famem?  
Mater abest, tutore carent, qui præbeat escam  
Auolat, in summo mors sedet atra loco.  
Descendant? alta constructus in artore nidus,  
Hoc uetat, egræ plumis corpora parua carent.  
At bonitas immensa Dei sustentat egræ auget,  
Ne pereant dum omni destituuntur ope.  
Efficit ut nido uermes generentur in alto,  
His alit egræ vegetat membræ tenella cibis.  
Si sic conseruet uolucres ratione carentes,  
Quintanos, credis, sedulitate fouet?

## De Pudoris & Amoris dissidio, Fabula.

Ut genus humanum toto fecisset in orbe  
     Iuppiter, affectus indidit omne genus.  
 Hic sua castra tenent semotis gaudia curis,  
     Illic spes animum credulitate fuet.  
 Tristitia hic saeuo præcordia vulnerat ictu,  
     Illic stat gelido pallidus ore Timor.  
 Iraq; quiq; imis animi Furor oſibus ardet,  
     Hac odum, ex illa parte fatigat amor.  
 Atq; alios iuſit regnare in pectore motus,  
     Ictaq; non paribus corda cire modis.  
 Omnes cumq; sua uigiles statione manerent,  
     Solus abest tenero qui sedet ore Pudor.  
 Hunc quoq; cum uellet per densam inducere turbam,  
     Cur Pudor bis, inquit, uis cruciare malis?  
 Ille repugnabat, sed Iuppiter instat, et urget  
     Acrius, et tandem sic loue uictus, ait.  
 Non ueniunt in idem, nec in una ſede morantur,  
     Imperiosus Amor, purpureusq; Pudor.  
 Si me uefanae cogar miscere cateruae,  
     Hoc liceat precibus pondus in eſſe meis.  
 Ingrediar, si non furioso turbidus ore  
     Has mecum ſedes ingrediatur Amor.

# GEORG. ROTAL.

Si subit, admotis quam primum subditus alis,

Effugiam celeritate superba pede.

Hec causa est cur sit perficitæ frontis amator,

Quæq; sub ob;cæro fornuc scorta sedent.

## Ad Iacobum ab Eſs.

Si dulcis Iacobus iuuat percurrere nugas,

Perlege sunt lepidis carmina plena iocis.

Vrbs lacet Utopijs longè notissima terris,

Quam uiridante Anydrus perluit annis aqua.

Hic habitat ueri nimium male prouidus augur,

Doctrina celebris uir studioq; grauis.

Qui quoties rutili scrutatus ydera cœli,

Dicebat populo fata futura suo.

Credebant se se ueteres audire Sibyllas,

Aut Manto fusis uaticinare comis.

Aut e saxo sibi reddi oracula rupe,

Hic ubi stat Clario Delphos amata Deo.

Pastor erat sacri curabat munia uerbi

Eximum celebri nactus bonore locum.

Qui simul ascendit sublimis fulcra catbedras

Docturus populum de pietate rudem.

Aethereas subitc concepit pectore flammæ,

Nec mora fatidicos protulit ore sonos.

Pœnitentia scelerum, uitæ malefacta prioris

Corrigite, innocui uiuile, finis adest.

*In quibus ipsius certissima lucet imago,  
Qui clarum è supera ducimus arce genus.  
Ille pater seruat charisq; parentibus orbos,  
Et quibus humanum deficit auxilium.*

*Quim prius ardente genitrix deponat amorem,  
Deserat ut uentris pignora charasui.  
Quam pater æternus toto sibi pectore iunctos  
Deserat, aut promptam ferre grauetur opem.  
Spes igitur sit nostra Deus, qui cuncta gubernat  
Qui pater, ac orbis mite leuamen adest.*

### De Inuidia ex Græco.

*Nil peius liuore, boni hoc sed fertur habere,  
Cultoris rodit lumina corq; sui.*

### In Liuorem.

*Tela quid ô liuor, scelerata quid induis armæ  
In poenas demens hæc geris armatus.*

*Epitaphium Scurrulæ cuiusdam  
eximij potoris, ex Erasmo Roterod.  
carmine Elegiaco redditum.*

*Siste gradū, tumuliq; legas quod marmore scriptū  
Non facient longas carmina pauca moras. (est,  
Sed tacito cupiam quo uerba sacerrima dicit,  
Sacrificusq; suas murmurat ore preces.*

GEORG. ROTAL.

Ne clamosa micos abrumpant murmura somnos,  
Et repetat uigilis guttura sicca sitis.  
Conditus hoc etenim sterto bene Scurrula saxo,  
Qui Bacchi quondam mysta celebris eram.  
Gurges eram uixi, uite dum pascerer aura,  
Et potui plenos euacuare cados.  
Sed cum bis septem triuissim lustra bibendo,  
Compreffit uebemens lumina nostra sopor.  
Ut fuit cum grato maduerunt membra Lyceo,  
Exeris et uires dulcis Iacche tuas.  
Atq; ita potandi fuit acte molliter aeuo,  
Idem uiuendi qui mihi finis erat.  
Quare non graue sit tibi dicere Candide Lector,  
Potoris tanti molliter ossa cubent.  
Et tu qui Bacchi nunc gaudes esse sacerdos,  
Quemq; iuuant sapidi pocula plena meri,  
Ne rursus nostras stringat sitis arida fauces,  
Humectes largo sicca sepulchra mero.  
Sic te Thyrsiger a facilis cum Mænade Bacchus  
Adiuuet, et nulla discruciare siti.  
Neue loqui quisquam, teneat cum corpora somnum  
Aut potum, uel per somnia, forte putet.  
Discedas, nec enim nunc te retinebo Viator,  
Sed gressu strepitum non faciente, Valc.

De

Sfem faciunt dulci perfuncto membra sopore,

Quæ mibi sunt orto somnia uisa die.

Omnia uesanus terræ cum pontus haberet,

Iactatur tumido nostra carina mari.

Vndo/ o pressos uidi sub gurgite montes

Dirigi, toto pectorc sanguis abit.

Tum mihi nescio quis rutilo spectabilis auro

Astitit, et tutus cum pare dixit eris.

Pone metus uacuum uos instaurabis orbem,

Hæc tibi sunt summo nuncia missa polo.

Dixit et in tenuis evanuit impiger auras,

Mox timidus nostro pallor ab ore fugit.

Et scapha fert (mirum) tumidas iniuncta præcellas,

Et longè fluctus assilientis aquæ.

Arte laboratas sorbebant æquora puppes,

Fortis ad insanas nostra manebat aquas.

Sic quoq; Deucalion seuis seruatus in undis,

Cum consorte tori dicitur esse sui.

Quapropter summas nauim tollamus in ædis,

Expectaturi dum uenit illa dies.

Illa ait, ascendas, in me mora non erit ulla,

Callida credentem fallere sueta virum.

Nam cùm furtivo consuērat adultera lecto

Fœdera legitimi rumpere casta tori.

Tunc etiam certam moecho condixerat horam,

Qui caperet socij gaudia letatori.

GEORG. ROTAL.

Quid facis, ô quæ te quæso dementia cœpit?  
Simplicitas thalamos inquinat ista tuos.  
Dum te nauis habet, uxorem possidet alter,  
In tepido mœchum confouet illa sinu.  
Interea thalamos temerarius intrat adulter,  
Illum nec tardo est illa secuta pede.  
Huic memorat stupidi phantasma uana mariti,  
(Nam noto minime credidit illa uiro)  
Ab miserum quām te fallunt tua sydera, dixit,  
Omnia qui mundi sic peritura putas?  
Qui uentura canis, cūm te præsentia fallant,  
Nec stupidus sentis coniugis acta tue.  
Interea mea Lux Veneri libemus, et ille  
In nauis edeat nocte dieq; sua.  
Tali cūm stupidum rideret uoce maritum,  
Oscula amatori cūm daret illa suo.  
Mox alter solitas uenit riualis ad ædes,  
Et dubius clausas ambulat ante fores.  
Incertum est quid agat, tandem firmior audet,  
Ostiaq; intrepida pulsat operta manu.  
Surgit et insanum cūm callida sciret amantem,  
Risit amatorem talibus illa suum.  
Serus ades, præcepta tibi sunt gaudia, nunquid  
Horrida formidas funera serus ades.  
Ille nihil metuo, dixit, preciumq; precesq;  
Fudit, cum precio respui illa preces.

Si

Hei mibi finis adest, Christi nos ante tribunal  
Horrende siset uox trepidanda tube.

Autumni tulerit cum tristia tempora quarti  
Nubila de liquidis Pleias orta uadis.

Quicquid erit perdet, sua rumpet vincula Nercus,  
Oceani tumidis omnia subdet aquis.

Hunc signate diem, memoriq; recludite mente,  
Credite turbati hic ultimus orbis erit.

Quare ne magni nos opprimat ira Tonantis,  
Componat uitam quilibet ante suam.

Dixerat, ast omnes ingens inuaserat horror,  
Sanguis abit, nimio corda timore micant.

Magna uiri uirtus uitam spectata per omnem,  
Et pictas certam promeruere fidem.

Formidant tremuliq; senes, castaeq; matrone,  
Et nondum socio nupta puerilla uiro.

Dona ferunt templis, sacri sparguntur cibores,  
Cum gemitu fundit credula turba preces.

Quisq; Deos teneris coluit quos semper ab annis  
Poscit opem, hic Paulo dona dat, ille Petro.

Sumptibus hic structas donat regalibus aedes,  
Agricolas Diuis nuncupat ille boues.

At qui credebat nullam post funera uitam,  
Fortiter immensas dilapidabat opes.

Quid facitis? uanis p̄ecludite nocibus aureis,  
Ah nimis insano dedita turba uiro.

## GEORG. ROTAL.

Non bis prædixit peritum cœlibus orbem,  
Qui regit ex cœlos et simul astra Deus.  
Hic dedit in signum cœlestem fœderis arcum,  
Intra septa feras qui cohibebit aquas.  
Iam quoq; finitimas rumor compleuerat urbes,  
Incusit trepidos sœus ubiq; metus.  
Omnia spectasse magno confusa tumultu,  
Crudelem queritur fœmina uirq; diem.  
Quicqd ubiq; actū est, nō est bene singula prop̄tū  
Scribere, res longas posceret illa moras.  
Hoc de Vate tamen: namq; altius ista referre  
Quid uerat? est lepidi fabula plena ioci.  
Forte sub hoc tempus lux illa nouissima mundi,  
Quo pallens tremulum proderet orbe caput.  
Non aliâs cœlo cecidere frequentius imbræ,  
Fit fragor, etherea fulgur ab arce uenit.  
Hec auxere fidem, pauidos auxere timores,  
Culibet et certum, quod metuebat, erat.  
Hic igitur credens ipsum iam tempus adesse,  
Quo mundi uastum dissoluatur opus.  
Vxori lacrymis ita tandem fatur obortis,  
O coniux animo charior ipsa meo.  
Mox aderit tempus uastus quo concidet orbis,  
Signa uides cœlo iam manifesta dari.  
Quid fieri nobis? restat spes nulli salutis?  
Restat, et hac animo d. Et a reconde tua.

Specm

Si mihi nec pateat reseratis ianua claustris,  
 Nec licet optati gaudia ferre tori,  
 At precor hoc, inquit, digneris ut oscula saltē  
     Iungere quā rimis summa fenestra patet.  
 Sed cupidum meretrix nimium cūm sensit amātem,  
     Quid faciat mœchum consulit illa suum.  
 Hec mihi res, inquit, curē sit, ut oscula figat,  
     Mox denudatas prebuit ille nates.  
 Oscula porrexit, fraudem cūm sen̄erat, ira  
     Percitus, ulciscar hoc ego crimen, ait.  
 Nec mora stridenti candescens forcipe ferrum,  
     Quā patet in turpes abdidit usq; nates,  
 Vulnus ut accepit, undas undasq; sonabat,  
     Ah pereo, in tota uox fuit una domo.  
 Que simulac trepidas Vatis peruenit ad auras,  
     Obruta iam tumidis cuncta putabat aquis.  
 Chara ueni clamat coniux, incidere funem  
     Iam paro, cur lentas nec̄tis, inepta moras?  
 Incidit, tectōq; miser delapsus ab alto,  
     Consciuit sœuam sic sibi penē nec̄em.  
 De mœcho rumor ciues dispersus in omnes,  
     Furtiōq; lasciuæ coniugis acta patent.  
 Fabula sed tota Vates iactatur in urbe,  
     Præmia stulticiæ sic tulit ille suæ.

Ad Paulum Rubigallum.

GEORG. ROTAL.

Paule nouenarum studijs exculte sororum,  
Atq; animi pariter iam noua cura mei.  
Si libet, et tenuis non apernabere mensas,  
Quales Panthoides fertur amasse senex.  
Cras simul ac quintam gnomon signauerit horam,  
Hospitijs subeas tecti propinquamei.  
Festa cataphracti celebrabimus annua Diui  
Nomina de duro qui gerit Agricola.  
Pocula nec timeas quorum non tangor amore,  
Frons alio nobis exhilaranda modo est.  
Musica pro Bacco pellet de pectore curas,  
Quoq; dabunt gratos organa mota sonos.  
Quapropter posita uisces grauitate sodalem,  
Consortem studij Paule diserte tui.

M. Sigismundo Thordæ  
Pannonio.

Mi Thorda Latiae decus Camoenæ,  
Et Graiae pariter decus Minerue,  
Si non sit graue nec tibi molestum,  
Cras cum Sol medium reliquit axem,  
Et quintam simulac notauit horam,  
Ad nostras uenias rogamus ædeis,  
Sumpturus tenuem leuemq; cœnam  
Qualem Pythagoras probaret ipse,  
Qualem Pierides Deæ requirant,

Condition

## EPIGRAMMATA.

64

Conditam salibus, leporibusq;  
Conditam teneris iocis, uafrisq;  
Fabellis, tamen haud ineruditis.  
Nam festum celebrabimus Georgi,  
Qui celso residens equo pudicam  
Ediro rapuit Draconis ore  
Tutatusq; Deo est iuuante nympham.  
Quo circa ad ueterem uenisodalem,  
Nec spernas tenues precor paratus,  
Mi Thorda Latiae decus Camæne,  
Et Graiae pariter decus Minerue.

## Ad Arnoldum Veuelium.

Cum procul hinc alias discedere cogar in oras,  
Et sra nos pariter fata manere uetent.  
Accipe postremos non inter habende sodales,  
Carmen & hoc certi pignus amoris babe.  
Seua prius dulcem producent æquora uitæ,  
Nec scindet solitam uomer aduncus humum.  
Luniq; flammigero præbebit lumina fratri,  
Et tepido clarum ducet ab axe diem.  
Quam tenuis unquam uanescere posse in auræ,  
E nostroue tui pectore cedat amor.

## In Coronam regiam.

Nobilis es fateor, rutilisq; onerata lapillis,  
Innumeris curis sed comitata uenis.

GEORG. ROTAL.

Hoc bene si possent omnes expendere, nemo  
Nemo forcet qui te tollere uellet humo.

Nicolao à Silslau.

Accipe parvorum funebria scripta sororum,  
Ipsa te breuibus clausa iubente modis.

At p; ea perpetuum nostri sunt pignus amoris,  
O animo iuuenis non dubitate meo.

Epitaphia duarum filiarum clarissimi Viri D. Michaëlis à Silslau, Helenæ & Iustinæ.

Hic Helene recubo tenui mandata sepulchro,  
Erepta innumeris morte fauente malis.

Vix dum prima meos implerat Olympias annos,  
Cum mihi sunt uita stamina rupta mee,  
Desine chara parens incertere fata querelis,  
Non mibi mors uitam sustulit, illa dedit.

Aliud, Iustinæ à Silslau.

Hic Iustina tegor, corpus tellure quiescit,  
Perfruitur anima gaudijs.

Quæ DEVS electis summi promisit Olympi,  
Quis non beatam prædiceret?

An ite ego quam saevas potuisentire procellas,  
Fluctusq; mundi turbidos,

(Tres

(*Tres nubi natades ierant properata perofam  
Libitina uitam finijt.*)

**Ioanni Rotallero fratri suo.**

*Extrema uitæ linea est mors omnibus  
Statuta, inevitabilis*

*Etiam casa licet ocularis intima,  
Aut abdito terre sinu.*

*Quoquo pedes flectas pari sequitur gradu,  
Semper lateri adhæret comes.*

*Quin quo die primum suæces etberis  
Captamus auræ editi:*

*Mors atra uitæq; sociatæ adsunt simul,  
Iunctoq; prorepunt pede.*

*Praeliaq; in imis sœua uisceribus cident.  
Nec finis ullus pugnae adest,*

*Quo ad caduci corporis constringimur  
Isto retenti ergastulo.*

*Quod quidem ita cùm sit, uiribus decet omnibus  
Industriaq; incumbe,*

*Vt, donec agitet spiritus præcordia  
Mentisq; consistat uigor,*

*Summi Tonantis reucreamur numina,  
Illiq; bonorem debitum*

*Qua conuenit pietate præstemus, dein  
Et patriæ et parentibus,*

# GEORG. ROT. A.

Aequi colamus studia, nec honesto utile  
Preponderemus improbi.  
Sic transigamus temporis uitam brevis  
Filoq; pendentem leui,  
Bonam interim spem ueluti clypeum decet  
Animo uirili obtendere,  
Ne rebus, animus de statu preceps suo.  
In asperis fractus ruat.  
Nec in sole scat atq; luxu diffuat,  
Fortuna elatus prospera.  
Sed quæ DEVS dat, læta siue tristia  
Fortiferamus pectorc.

## Ad Sigismundum Thordam Pannonium.

Exornant alij titulis sua scripta superbis,  
Principibusq; dicant carmina docta uiris.  
Splendida magnificos ostentat charta triumphos,  
Et resonat Claria Martia bella tuba.  
Hac sedet insignis solio, sceptrisq; decorus  
Cæsar, et aetherea regnat uictur ope.  
Illa Rex Tyrio fulget sublimis in ostro,  
Atq; pater patriæ dicitur esse suæ.  
Hec canit insigni ueras in Principe laudes,  
Illa refert magni fortia facta ducis.

Denis

## EPIGRAMMATA.

60

Deniq; per totas splendent Epigrammata chartas,  
Virtutisq; docent non morientis opus.

Cur non magnificos titulos, cur nomina regum  
Non etiam referant carmina nostra rogare?

Conueniunt magnis hæc ornamenta Poëtis.

Clara quibus Phœbus pandit ad astra uiam.

Nos, qbus ingenii tenue est, quibus author Apollo.

Carminis, exigua suppeditauit aquas,

Exiguum charis Epigramma dicamus amicis,

Et quas de tenui rure paramus opes.

Eis oīoΦλυγδ Σνα.,

Quid iuuat in multam conuiuia ducere noctem,

Quid iuuat ad possum per uigilare merum?  
Ista iuuet Tbraces, & diros uita Cyclopas,

Crinima quiq; putant nulla notare DEVVM.

Nondum tantarum cautum dispendia rerum,

Vitaq; tam multis reddidit aucta malis?

Ah miser, & multo uix expurgande ueratro,

Ante uides oculos qualia damna tuos?

Quo uigor ille tuus, ualidaq; in corpore uiress?

Quoue abiit uultus tam bona forma tui?

Per se sunt uarijs obnoxia corpora morbis,

Maiora accumulas tu sine fine mala.

Perpetua affecti cruciat uertigo cerebri.

## GEORG. ROTAL.

Lumina perpetuo stillant rubicunda liquore,  
Hoc et immodico lingua retentamero.  
Respiras quoties exhalas gutture pestem,  
Tetrius ore tuo nulla Mephitis olet.  
Non hec etatis quereris labefacta ruina,  
Non anni portant crimina tanta tui.  
Iam tenerae flava uernant lanugine mala,  
Nec sex sunt uitæ lustra peracta tuae.  
Nonne pudet primi florem tam turpiter cui  
Elapsis ueluti deperiisse comis?  
Non homo, sed uicum potius dicere cadaver,  
Parsq; tui officium non facit illa suum.  
Si non damna tui moueant te corporis illa,  
Nec tangat sobolis te pia cura tue.  
Cum tibi supremi sedet indita imago Tonantis,  
Quæ missa æthereæ uenit ab arce plague.  
Hanc saltē pudeat, qua nil præstantius usquam est,  
Vsque adeo sœdis commaculare notis.  
Verba Dei moueant, cuius quo lentior ira est,  
Hoc magis infesta uulnerat illa manus.

Ex Græco τὸ παῦον.

Ab nimis erramus quotquot uitalibus auris  
Vescimur, et cæcis inducti fallimur umbris.  
Munera dum Diuum iusta donata bilance  
Pectore perferimus stolido nam quisquis egenus  
Immiti

Immiti pressus sub paupertate laborat,  
 Mœstus in innocuos fundit conuicia Diuos,  
 Virtutem negligit propriam, atq; è pectore robur  
 Eject, atq; odit cœli formosa tueri  
 Sydera, nec quicquam præstare aut dicere magnū,  
 Hic ubi diues adest, trepida formidine captus  
 Sustinet, at dure illi ærumnaq; pudorq;  
 Anxia perpetuo consumunt pectora morsu.

Verum cui aspirat blandis Rhamnusia uentis,  
 Munere quiq; Dcūm est iā sceptr'a potentia nactus,  
 Non hominem sese esse putat, sed stirpe creatum  
 Mortali, & gressus humili se figere terræ  
 Immemor, insano fertur super eibera festu,  
 Fulmincq; & tonitru instar Iouis omnia terret.  
 Ac quamuis parui sit corporis, erigit alte  
 A ceruice caput, mortales despicit omnes,  
 Letaq; formosæ connubia Pallados ambit.  
 Deniq; ubiq; uiam sibi ad alti culmen Olympi  
 Quærit, ut æthereos inter numeratus alumnos  
 Splendida cum magnis agit et coniuia Diuis.

Ast Ate tacito torquens uestigia gressu  
 Tandem uerticibus non expectata propinqua,  
 Iamq; senes urget iuuenili prædicta forma,  
 Iam rursus iuuenes uultus induit senileis

GEORG. ROTAS.  
Ad Sigisimundum Thordam  
Pannionum.

Sæpe rogas cur parua sequar, relinquere parua,  
Heroaq; iubes bella referre tuba.  
Non mox se tumido debet committere ponto,  
Si quæ solet paruo ludere cymba lacu.  
Dum nimis alta petit, liquefactis Icarus alis  
Decidit, & rapidis nomina fecit aquis.  
Sic mea Pegasis nondum circundata, pennis  
Musæ per ethereas horret abire vias.

FINIS.

FRANCOFORTI, EX  
Officina Petri Bru-  
bachij,

ANNO M. D. XLVI.



